UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Tractatus Represalíarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

ſtiones per Barth. Soci. in conſi. xxij. incip. ſequendo. in fin. ⁊ dicit S. Thomas de Aquino, in tracta. a principibus, quod omnes principes Italie ſunt tyranni, preter Ducem Venetiarũ.

b ¶ Tyros. Tyros grece caſeus dicitur, a tyreo q̇d cogere, coagulareque eſt, ideoque neque fortem neque anguſtum eſſe ſignificat, ſecluſa metaphora, quare viderit Bar. quod de Tyro ciuitate ſubijcitur, nihil ad rem, ſuperbam quippe norunt qui hiſtoriorum monimenta vel legerunt, vel etiam ab alijs audierunt.

* ¶ Tyrannus. Seneca in prouerbijs dicit, quod tyrannus diſtat a rege factis, non nomine: ⁊ circa tyrannos vide pulchra poſita per Parid. de Put. in tracta. de Synd. in titu. de exceſſ. reg. c. Rex autem. ⁊ ſeq.

c Tho. ¶ Et tenetur. Vide Bart. Soci. in conſi. xxij. inci. ſequendo ordinem ⁊ Raph. Cuman. in conſi. clviij.

d ¶ Primo quero. Vide Barth. Soc. in conſil. xxij. incipien. ſequendo.

e ¶ Currere. Vide Bart. in l. naturaliter. ⁊ ibi Alexã. in additio. ff. de viuc.

f ¶ Secũda inſpectio. Vide Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ in l. cum te. C. de his qui metu ⁊ Bald. in l. decernimus. C. de ſacroſanc. eccle. ⁊ Pet. de Ancha. in conſi. ccc.

g ¶ Sed diſtrahit. Vide Barto. in l. creditor. ff. de ſol. ⁊ Bald. in conſil. cccciii. in ij. volumi. factum tale proponitur. ⁊ in l. falſus procurator. C. de fur. ⁊ in l. nouiſſime. in princip. ff. quod fal. tutore. ⁊ in l. ſi te bonis. vbi Pau. de Caſt. ⁊ Iaſ. C. de iur. deliberan. ⁊ Felyn. in c. j. de off. c. deleg. ⁊ plene per Phil. Decium in conſi. xxv. incip. pro tenui facultate. ⁊ Imol. ⁊ Docto. in d. l. creditor. ⁊ ibi vide apoſtil. Alex. ⁊ meam, in verſiculo, illam queſtionem.

h ¶ Mihi autem videtur. Vide Bart. in l. ſi vrbana. in fine. ff. de condict. indebi. ⁊ ibi Alex. in apoſtilla. ⁊ ibi dominum meum do. Iaſ. plene ⁊ Fely. in cap. fi. in fi. vbi plene, de accuſation.

i ¶ Si legem. Vide plene per Alex. in conſi. lviij. incip. quoniam. in fi. in j. v. l.

* ¶ Preconium. Et quando preconium factum a tyranno indicat iuſtum metum. Vide etiam per Alex. de Imol. in conſil. lvij. j. vol. qui allegando Bar. hic hec dicta ſequitur.

k ¶ Tho. ¶ Item ex eo. Vide Alex. in l. imperium. ff. de iuriſdictio. om. iud.

l ¶ De Populis. Vide Raph. cõſi. clxij. incipien. viſa copia priuilegiorum circa finem, ⁊ Bar. l. filio p̃terito. verſi. ſeptimo eſt videndum. ff. de iniuſt. rup. teſta. vbi dicit, ita fuiſſe determinatum Bononie per do. Thaddeum de Populis, tunc dominũ Bono. ⁊ in l. j. in x. q. ff. de iur. codic.

m ¶ Aliqua magna ardua. Vide plene per Fely. in cap. poſtulaſti. de reſcript. ⁊ vide Alex. de Imo. in conſil. cxxiij. in iij. vol. in vltima col. Et adde illud conſil. eſt domi. And. Barb. Et adde Philip. Franc. in capi. ſi gratioſe. in vj. ⁊ vide apoſtil. meam ad Bart. in l. authoritate. C. vnde vi.

n ¶ Contra intrinſecos. Vide Felyn. in cap. cum omnes. de conſtitu. ⁊ Iaſo. in l. Barbarius. in j. limita. ff. de offic. pretor.

o ¶ Retinet. Vide Iaſo. in l. Barbarius. verſicu. quinto limita. ff. de offic. pret.

p ¶ Valeant. Quod illegitime factum eſt a tyranno adueniente iuſto domino debere caſſari, Bart. per illum tex. ⁊ idem Bald. ⁊ Paul. de Caſt. in l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccle. Philip. Dec. plene in conſi. cxc. incipien. in cauſa, in qua agitur.

¶ Explicit tractatus de Tyrannia do. Bar. a Saxoferra.

# Tractatus Repreſaliarum.

1 ¶ Repreſalie a quo tempore frequentari ceperunt.

2 Repreſalie ⁊ ſi late accipi poſſunt, tamen ſunt, quando conceditur licentia capiendi perſonam vel res alterius pro altero.

3 Repreſalie vt ſint licite in foro conſcientie, requiritur authoritas ſuperioris, cauſa iuſta concedendi, ⁊ intentio iuſta, ⁊ recta.

4 Repreſalie de iure ciuili licite ſunt duobus concurrentibus, ſcilicet authoritas ſuperioris, ⁊ iuſta cauſa.

5 Repreſalias ius concedendi inductum videtur de iure diuino, ⁊ de iure gentium.

6 Ciuitas poteſt bellum indicere ob tutelam vnius ciuis.

7 Liberi debitoris poſſunt capi quãdo alia remedia ceſſant contra debitorem.

8 Statuta concedentia repreſalias vltra caſus a iure communi permiſſos, quando fieri poſſint, ⁊ valeant, ⁊ nu. 10.

9 Statutum Florentie, quod mercatore fugiente, vxor, ⁊ liberi teneantur valet.

10 Terre que ſubmittũt ſe protectioni ciuitatis certis pactis non dicuntur ſubdite, ſed federe equali ⁊ libere ſunt.

11 Statutum concedens repreſalias in ſubditos, an exerceri poſſit extra territorium.

Statutum quod filij cedẽtis foro, vel rumpentis quando poſſit contra filios extra territorium exerceri.

12 Statutum quod homines vnius ville, vnus teneatur pro alio non comprehendit illum qui de nouo eſt effectus homo illius ville in debitis antiquis.

13 Statutum quod vnus homo ville teneatur pro alio, intelligitur de debitis contractis intra territorium ſtatuentis.

14 Repreſalie per pactum, quando licite fieri poſſunt.

a REpreſaliarum [a] Materia, nec frequens, nec quotidiana erat tẽpore, quo in ſtatu debito Romanum vigebat Imperium, ad ipſum enĩ tanquam ad ſummum Monarcham habebatur regreſſus, ⁊ ideo hanc materiam legũ Doctores, ⁊ antiqui iuris interpretes minime pertractauerunt.

1 Poſtea vero † peccata noſtra meruerunt quod Romanum Imperium proſtratum iaceret per tẽpora multa, ⁊ Reges ⁊ Principes, ac etiam ciuitates, maxime in Italia, ſaltem de facto in tẽporalibus dominum non agnoſcerent, propter quod de iniuſtitijs ad ſuperiorem non poteſt haberi regreſſus, ceperunt repreſalie frequentari, ⁊ ſic effecta eſt frequẽs, ⁊ quotidiana materia. Ego itaque Bart. a Saxoferrato ciuis Peruſinus minimus legum Doctor, cum ſpeculationibus ad ius ciuile ſpectantibus operam dans ad communem vtilitatem, ⁊ maxime vniuerſalis ſtudij Peruſini, ſuper iſta materia libellum compoſui, quẽ correctioni cuiuſlibet melius veritatem intuentis ſuppono. mihi enim ſatis eſt, quod hic libellus alijs, quos Deus ſui gratia ſublimi manu, ingenio altius inueſtigandi materiam tribuat, ipſum itaque libellum ordine ĩ. ſcripto tranſcriptum vniuerſitati predicte tradidi anno domini a natiuitate Mcccliij. die pen. menſis Februarij.

DE Repreſalijs tractaturi, requiritur de aliquibus q̃ſtionibus, prĩcipaliter quas poſtea per particulares q̃ſtiones clare examinabimus. Prima queſtio eſt, an repreſalie ſint licite. Secundo quare poſſint concedi. Tertio, per quem iudicem repreſalie poſſunt concedi. Quarto qualiter conceduntur. Quinto quibus concedantur. Sexto, cõtra quos concedantur. Septimo, conceſſe contra quas perſonas exerceãtur. Octauo, contra quas res. Nono, qualiter exerceantur. Decimo, de remedijs exactis, ⁊c.

QUeſtio prima, an repſalie ſint licite. Circa quã queritur, an ſint licite in foro cõſcientie. Secundo, an ſint licite in foro ciuili. Tertio, an ſtatuta poſſint fieri licite vltra caſus a iure pmiſſos. Quarto, an ſtatuta que circa hanc materiaʒ repreſaliarum fiunt poſſint exerceri extra territorium. Quinto, an per pactum repreſalie poſſint licite fieri.

Ad primum an repreſalie ſint licite. Reſpõ. ⁊ ad declarationem huius tractatus ⁊ to-
2 tius queſtionis premitto quod repreſalie poſſunt † multum late accipi pro omni eo quod habet poteſtatẽ, perſonam, vel res alterius capiendi, ⁊ ſic comprehenderent eum, qui habet poteſtatem capiendi ipſum principalem debitorem, vel res ipſius, quod hic non intendo tractare, ſed ſolum quando conceditur licentia capiendi perſonam, vel res alterius pro altero. ⁊ iſta ſunt que in vulgari noſtro vocantur repreſalie, de iure vero communi vocantur pignorationes, vt in authen. vt non fiant pignora. ⁊ extra de iniur. ⁊ dã. dat. cap. j. li. vj. Alibi vero vt Piſis aliter. Alibi autem habẽt alia noĩa, de quibus non curo, q: imponunt ad placitũ. Prout ergo hoc nomen capitur vel exigatur, quero
3 † an ſint licite in foro cõſcientie. Et videt̃ quod non: naʒ aĩa que peccauerit, ipſa morietur, ⁊ filius non portabit iniquitatem pr̃is. Eccleſiaſtici xviij. ſic patet quod alius ꝓ alio non põt capi. preterea, non lʒ in foro conſcientie facere id quod repugnat naturali rationi, ſʒ iſte repſalie naturali rõni repugnant, vt extra de iniur. ⁊ dam. dat. capi. j. lib. vj. ergo non ſunt licite. In contrarium

quod ſint licite, videtur authoritas Auguſtini in libro queſtionum. Juſta bella ſolent diffiniri, que vlciſcuntur iniurias, ſi gẽs, vel ciuitas plectenda eſt que vindicare neglexerint quod a ſuis improbe factum xxiij. q. ij. c. dominus noſter. Secundo ad hoc vt repreſalie ſint licite in foro conſcientie ſequitur primo authoritas ſuperioris ſecundo cauſa iuſta concedendi quia denegauit iuſtitiam, d. c. dominus noſter. Tertio requiritur quod intentio ſit iuſta ⁊ recta eius qui habet repreſalias. vnde Augu. in li. contra Fauſtum. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus ⁊ implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominandi, ⁊ ſi qua ſunt ſimilia. hec ſunt que in bellis culpantur, ⁊ ſic licet eſſet authoritas ſuperiorum, ⁊ iuſta cauſa, tamen animus iniquus faceret repreſalias illicitas in foro conſciẽtie. Hec ſentit Sanctus Thomas in ſecunda ſecunde queſt. xl. c. j. in foro autem ciuili de tali animo non curatur, quia de cogitatione non curatur, l. cogitationis. ff. de penis. In predictis ta
b men eſt ſtandum Theologis.[b]

**Ad ſecundum** an repreſalie ſint licite in foro ciuili? ⁊ videtur quod nõ, vt in authen. vt non fiant pig. poſita. C. ne vxor pro mari. authen. ſʒ omnino. ⁊ in authen. vt nulli iudi. §. quia vero. poſita C. de actio. et obligatio. authen. imo. ⁊ ad idem C. de decur. l. prouidẽdum. lib. x. vt nul. ex vica. pro alie vica. debi te. l. j. lib. xj. ⁊ extra de iniur. ⁊ dam. da. cap. j. lib. vj. ⁊ C. ne fil. pro pat. authen. habita. ibi, ex peruerſa conſuetudine, ⁊c. Et videtur, quod ſint licite, cum gens et populus iuſtitiam requiſiti facere neglexerint, vt xxiij. queſtione ij. can. dominus. vbi hoc eſt expreſſum. ⁊ facit quod not. C. de Jude. l. nullus ⁊ ff. de incen. rui. nauf. l. ne quid. ⁊ ff. quod vi aut
4 clam. l. ſi alius. §. belliſſime. ⁊ quod ibi not. Sol. † Docto. omnes
* communiter in ſententiam iſtam inclinant, quod ſi quidem eſt infra illum hominem vel populum qui iuſtitiam facere ⁊ debitũ reddere negligit, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, tunc repreſalie ſunt licite duobus interuenientibus. Primo requiritur ſuperioris authoritas. non enim licet alicui ſua authoritate ius ſibi dicere, vt iura vulgaria dicunt, ⁊ eſt expreſſum. xxiij. q. ij. cã. j. Secundo, quod ſuperioris authoritas interponatur ſibi ex iuſta cauſa, nam iſta decreta niſi ex natura, ⁊ iuſta cauſa interponantur ſunt ipſo iure nulla. l. cum vero. §. ſubuentum. ff. de fidei com. libert. ⁊ l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat. ⁊ per totum. Cauſa autem legitima eſſe videtur, quod dominus gens vel populus requiſitus iuſtitiam facere neglexerit, d. capi. olim. eodem titu. in authen. habita. ne fil. pro pat. in fin. ⁊ Jacob. de Belui. in q. ſua diſputata quam ponit in authen. vt non fiant pig. Hoc idem videtur tenere Sanc. Thom. de Aquino, vt dixi in preceden. q. ſi
5 bene aduertantur predicta, mihi videtur, quod † ius concedendi repreſalias non iure ciuili, vel canonico ſit inductum, ſed magis iure diuino. d. c. dominus noſter. ⁊ de iure gentium quidam permittunt bella licita, l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. ⁊ iur. ⁊ quod ibi no. ⁊ bellum licitum eſt ex cauſis predictis, quod etiam procuratur, quia de iure gentium eſt quod id quod quis ob tutelam ſui corporis fecerit, videtur feciſſe iuſte. vt ff. de iuſti. ⁊ iur. l. vt vim. corpus intelligo, ſiue loquamur de vno indiuiduo, ſiue de vno cor
6 pore miſto. Unde † ob tutelam vnius ciuis, poteſt ciuitas indicere bellum, ſicut vnus particularis poteſt indicere bellum contra omnes ob tutelam perſone ſue, ⁊ ſuarum rerum, vbi ſuperioris copia, vel aliud remedium haberi non poteſt, vt dictis iuribus. ⁊ ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime. ⁊ quod no. in d. l. nullus. C. de iudic. ⁊ ff. que in frau. credito. l. ait pretor. §. ſi debitorem. cum ſimilibus. ergo, ⁊c ⁊ predicta puto iuri gentium, ⁊ ve
7 ritati ciuili conſonare. † Nam vbi alia remedia ceſſant cõtra debitorem, poſſunt capi homines liberi, in quibus debitor ius habeat vt puta liberi, caſus eſt ſingularis. ff. de acquiren. heredi. l. pro herede. §. ſi quid tamen. ⁊ ibi not. in ſi. gl. mag. Sʒ ciuitas, vel dominus iuſtitiam facere negligẽs, vel recuſans, eſt debitor iuſtitiam poſtulantis, ergo homines ſubditi illi domino, vel populo capi potuerint. Preterea, propter delictum domini negligentis facere iuſtitiam poteſt indici bellum contra totam terrã, ⁊ omnes gentes ſubditas ſibi, vt in authen. ſi vero dominus tẽporalis. C. de heret. ⁊ ſic concluditur repreſalias eſſe licitas ex cauſis legitimis. De iſtis autem cauſis dicitur latius infra in ſecunda queſtio. princ. ſufficiant pdicta quantũ ad hũc paſſum.

c
8 **Ad tertium** [c] † an ſtatuta poſſunt fieri licite vltra caſus iure cõmuni permiſſos? Dico quod ſi ſtatuta fiunt cõtra terras, vel villas ſibi ſubditas quod tunc poſſunt fieri licite repreſalie, per ſtatuta etiam extra cauſas predictas a iure communi permiſſa. Unde ſi ciuitas ſtatuit, quod quilibet de villa poſſit capi pro debito alterius, vt C. de omni agro deſerto. l. j. lib. xj. ſicut quandoque ſtatuitur, quod vxor teneatur pro viro vt C. in quibus cau. pign. ta. contrah. l. ſatis. ⁊ quod filius teneatur pro patre. C. de primipi. l. ſi. lib. xij. Et ſic patet, quod ſtatuta communis Florentie, que dicunt quod
d mercatore fugiente,[d] teneantur vxor ⁊ liberi, licet non ſint heredes, procedunt de iure communi, ⁊ intelligo terras ſubditas
9 ſimpliciter ita quod ſint de comitatu. Terre † vero que ſubmit
e tunt ſe protectioni ciuitatis, certis pactis ſubdite nõ dicunt[e] ſed dicuntur terre libere federate federe inequali de quibus loquitur lex, nõ dubito. ff. de capt. ⁊ poſtlim. reuer. ⁊ in illis puto idẽ
10 quod in alijs terris omnino liberis. Si vero ſtatuta † fiãt in vna ciuitate contra aliam terram liberam circa repreſalias concedẽdas tunc aduertendum quia in cauſis concedendarum repreſaliarum vertitur iuſtitia facta, ſeu iuſtitia denegata a terra cõtra quam repreſalie conceduntur, ⁊ circa hoc non poſſunt fieri ſtatuta. Non enim vna ciuitas poteſt facere legem ſuper alteram, quia par in parem non habet Imperium, ⁊ quia non poteſt extra territorium ſuum ſtatuere, que ſunt iuriſdictionis alterius, ⁊ non ſue, vt dicunt iura vulgaria. Secundo vertitur in cauſa ſi ſuperioris copia haberi non poſſit, ⁊ circa hoc ſimiliter nõ poteſt fieri ſtatutum, puta ſi ſtatutum diceret quod repreſalie concedantur, nec teneatur quis ire ad ſuperiorem vt extra de iureiur. c. venien. ⁊ argu. l. penultime. ff. de aqua pluuia arcen. Tertio vertitur in cauſa ſuperioris authoritas, id eſt, authoritas ipſius ciuitatis concedentis repreſalias. ⁊ tunc circa hoc poteſt facere ſtatutum, an in talibus predictis concedatur, ⁊ quo ordine. Nam cum iſta cauſa, ⁊ iſta inſtantia ſit ſua, poteſt circa hoc ſtatuere, ſicut quelibet ciuitas ſtatuta facere circa ordinationem, que in foro eius agitur, poſſit. ff. de teſtib. l. ij. §. ſi. C. de iura. calum. l. ij. §. ſi. quemadmodum teſtamenta aperi. l. ij.

11 **Ad quartum** an † ſtatuta, que circa repreſalias fiũt in ſubditos poſſint exerceri extra territorium. Exemplum. Dicit ſtatutum Florentie qui rumpit ſeu foro ceſſit, an filij vigore illius ſtatuti poſſint exigi extra territorium? Reſpon. ſi quidem talis filius erat natus tempore quo pater rumpit fefellit, ſeu foro ceſſit in ciuitate Florentie, et
f tunc ſi quidem extra territorium Florentie[f] aliquis vellet exercere dictũ ſtatutũ faciẽdo executionẽ facti, hoc non poſſet, quia nec ſententia vnius iudicis extra territorium executioni mandari debet abſque literis primi iudicis. l. a diuo Pio. §. j. ⁊ ibi plene dixi. ff. de re iudic. ⁊ extra de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. Sed ſi vellet quis extra territorium agere contra talem filium condictione ex illo ſtatuto, ordinarie hoc poſſet, quia actio vbique ſequitur eum, contra quem competit, vt C. de preſcrip. lon. temp. l. ſi ſicut contra vnum ex cõtutoribus poteſt agi contra tutorem vbicunque ſortitur forum. l. heres abſens. §. j. coniuncto §. ſi. ff. de iud. Credo tamen quod ſi talis filius ſortiretur originem propriam alibi, licet eſſet de Florẽtia ratione originis paterne, vel haberet domicilium alibi antequam pater rumpe
g ret[g] quod tunc ciuitas illa, in qua ſortitur forum ratione originis, vel domicilij, ſimiliter ex vigore talis ſtatuti ciuis eius, vel incola ſubijceretur ſibi, poſſet eum defendere, quaſi preueniſſet. ⁊ ſtatutum communis Florentie non poteſt habere effectũ quo talem ciuem ſubtrahat abſque facto ſuo. argumẽ. eius quod not. C. de incolis. l. ciues. lib. x. Si vero talis filius natus fuerit poſt eaquam pater rupit, vel foro ceſſit, tunc ſtatutum non ligat eum, quia verba ſtatuti dicunt de filio eius eo tempore quo rumpit. l. in delictis. §. ſi extraneus ff. de noxalibus. ⁊ l. Titus ſi. de teſtamen. milit. Et idem dico, † ſi ſtatutum dicat quod homines
12 vnius ville teneantur vnus pro alio. Nam ille, qui de nouo factus eſt homo illius ville, non tenetur pro debitis antiquis, vt C. de decu. l. prouidendum. lib. x. ⁊ quod not. per Dyn. ff. ad mu
13 nicip. l. incola. Item eſt aduertendum † quod predicta ſtatuta
h facta in ſubditos quod vnus teneatur pro alio, debent intelligi, ſi ſimpliciter loquantur de debitis contractis intra territorium ciuitatis. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. auth. iudi. poſſi. ⁊ cap. vt animarum. extra de conſtitu lib. vj. ⁊ ideo ſtatutum Florentie ſi ſimpliciter loquitur de filijs rumpentium, vel foro cedentium, non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentie, cum ibi forte non haberent hypothecam, vel ſtationem.

14 **Ad quintum** an † per pactũ repreſalie poſſint fieri, licite, reſpondendũ eſt, ſi quidem eſt pactum priuatorum, tunc non valeret vt expreſſum eſt in auth. vt non ſi. pigno. §. j. non enĩ poteſt vnus paciſci, vt alius pro eo exigatur, vt ibi dicitur quod intelligo etiam ſi vnus paciſcatur vt exigatur alius in quo habet ius, vt patronus in liberto, ⁊ dominus in vaſallo ⁊ ſimilibus vt C. ne fil. pro pat. l. ſi. niſi eſſet talis dominus, qui poſſit condere legem vt j. dicam: licet per pactum fieri non poteſt. Judex tamen homines ſic conditionatos in ſubſidium capere poteſt, vt dixi ſupra in j. q. circa finem.

Si

Si vero eſſet pactum vniuerſitatis, tunc ſi talis eſt vniuerſitas,
que nõ poteſt legem condere, tunc idem quod ſupra dictum eſt
de pacto priuatorum. Si vero talis ſit vniuerſitas, vel domin⁹
qui, vel que poteſt legem condere, tunc per actum poteſt fieri
quod vnus pro alio exigitur. Nam pactum eius qui poteſt le-
gem cõdere, eſt lex, vt ff. de publicia. l. Ceſar. ⁊ C. de donat. iter
virum ⁊ vxo. l. penulti. quod eſt notabile ad multa, ⁊ ſpecialiter
ad ea que dixi ff. de re iudic. l. iiij. §. ſi actor. Et ex predictis pa-
tet, quod ſtatutum ciuitatis, vel domini cõcedentis repreſalias
non poſſit fieri hodie in extraneos, vt in preceden. dictum eſt, ta-
men per ſtatuta ciuitatis contra quam conceduntur poſſunt fie-
ri licite vltra ius commune contra ſuos, ⁊c.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Repreſaliarum materia. Iſte eſt tract. Bart. de quo
meminit idem Bart. in l. nam Seruius. in princ. ff. de neg. geſt.
⁊ in l. prouinciales. ff. de verbo. ſignifica. vbi dicit intendere face
re tract. de repreſalijs. Adde quod iſtum tract. compoſuit Bar.
anno Domini Mcccliiij.
b ¶ Theologis. Vide Rapha. Cuma. in conſil. cxl. incip. domi-
ni iudicis in ſi princ.
* ¶ Omnes. Adde ⁊ vide ad hoc dictum Bar. correctum in con
ſilio clx. in ij. parte.
c Tho. D. ¶ Ad tertium. Ad dicta per Barto. hic adde plures
concord. in per Alex. de Imo. in conſi. xlij. in j. vol incip. ſuper
premiſſo themate. ⁊ do. Iaſ. in l. ſi quis. §. legis. C. de inoffi. te-
ſtam. in l. de quibus. ff. de legi.
d ¶ Fugiente. Vide Alex. in l. ſepe. ff. de re iudic. vbi plene exami
nat dicta per Bart. hic.
e ¶ Subdite no. dicuntur. Nota quod dicit Bar. hic, ⁊ idem po-
nit, ⁊ ſequitur do. Maria. Socin. in cõſi. lv. ⁊ Pet. de Anchar.
poſt Pau. de Leaza. in clemen. ne Romani. §. ſane. de elect. in
ſi. v. queſtio. vbi referũt fuiſſe de facto Bononie, ⁊ 3 ede de Se-
nis in conſilio cxxx. incipien. factum tale eſt quedam domus. ⁊
plura ponit Felin. in cap. Rodulphus. de reſcript. ⁊ in cap. cum
Bertholdus. de re iudica. ⁊ vide etiam Fel. in cap. poſtulaſti. in
quarta declaratione, de foro competenti, ⁊ multa ad hoc ſcripſi
in tractatu de Venete vrbis libertate, ⁊ eiuſdem Imperij digni
tate, ⁊ priuilegijs, in xl. priuilegio, in reſponſione ad xiij. argum.
quod illuſtriſſimum dominium etiam de facto nunquam fuit
ſuppoſitum imperio Romano, quicquid ſcribit Blanchus Fo
roliuienſis ⁊ Paulus Diaco.
f ¶ Florentie. Vide Iaſ. in l. de quibus. ff. de legib.
g ¶ Rumperet. Vide apoſtil. ad Barto. in l. j. C. de ſumma Tri-
nit. ⁊ fide catho. in verſi. vltimo quero.
h ¶ Predicta ſtatuta. Vide do. Philip. Dec. in l. j. ff. de bon.
poſſ. contra tabu. liber.

1 Repreſalie, vt concedantur, primo adeundus eſt iudex cau-
ſe, ⁊ denegata iuſtitia requiritur iudex concedens repreſalias,
vt ſcribat.
Iudex non audit requirentem quod ſcribatur iudici rei quod fa
ciat iuſtitiam, alias concedentur repreſalie, niſi primo conſtet
de iuſtitia denegata.
2 Ciuitas non poteſt ſtatuere quod flat requiſitio per literas
quod fiat iuſtitia alias repreſalie concedentur.
3 Requiſitio iudici qualiter fieri debeat, vt repreſalie poſſint con
cedi.
4 Poteſtas concedens repreſalias ſuccedit loco deficientis ſu-
perioris, ⁊ ſupra num.
5 Pupilli, ⁊ miſerabiles perſone non coguntur litigare in foro
aduerſarij, quinimo iudex eorum ſcribit iudici alterius ciuita-
tis, vt aduerſarium ipſorum cogat alibi litigare.
6 Perſone miſerabiles que dicantur.
7 Actor de iure canonico etiam poteſt trahere reum ad litigan-
dum extra propriam diocesim.
8 Ciuitas ad petitionem ſuis ciuis, poteſt requirere aliam ciuita-
tem, vt compellat aduerſarium in ciuitate propria litigare.
9 Repreſalie, vt concedantur quis requiratur, vt iuſtitiam faciat,
ad hoc.
10 Litigauit ſi quis in ciuitate, que habet iudices prime, ⁊ ſecũde
appellationis ⁊ cõtra iuſtitiã ſuccubuit, qualiter ei ſuccuratur.
11 Repreſaliarum remedium eſt extraordinarium, ⁊ odioſum.
Repreſalie nõ conceduntur pro modico, ⁊ niſi totaliter ius par
tis tollatur.
12 Copia ſuperioris quomodo intelligatur quod non poſſit habe
ri ad hoc, vt procedi poſſit ad repreſalias.

SEcunda queſtio principalis eſt de cauſis cõcedendarũ repreſaliarum, ⁊ q̃ inter cetera requiritur, quod dominus, gens, vel po
pulus requiſitus iuſtitiã facere neglexerit, ſeu recu-
a ſauerit, ⁊ ſuperioris copia haberi nõ poſſit, ideo queritur pri-
mo quis debeat requirere populum, dominum ſiue gentem, vt
faciant iuſtitiam. Secundo queritur an poſſit requiri, vt alte-
rius iudicis iuriſdictionem prorogetur, vel arbitros eligat cũ ibi
nequeat litigare. Tertio queritur quis requiratur, vt iuſtitiam
faciat. Quarto queritur, que iuſtitia ſit ſufficiens cauſa conce-
dendarum repreſaliarum: Quinto quomodo intelligatur quod
ſuperioris copia haberi non poſſit.
b
1 **Ad primum** [b] queritur quis † debeat requirere do
minum populum ſeu gentem, vt fa-
ciat iuſtitiam. Respond. poteſtas eius qui cõcedit repreſalias
ſuccedit in loco ſuperioris deficientis. ſi eſſet, vt dictum eſt ſu-
pra in queſt. Sed ſuperiorem, ſi eſſet quis, nõ poſſet adire, ⁊ cõ-
queri de iniuſtitia iudicis niſi primo ipſum iudicẽ requiſijſſet,
vt in authen. vt diffe. iud. ⁊ de mand. Princip. §. ſit tibi quoque
tertium. ergo ⁊ modo iſta pars ad hoc vt poſſit petere repreſa-
lias, debet prius adire iudicem primum, ⁊ ab eo iuſtitiam petere
vt dictis legibus, que ſunt mirabiles ad hoc, imo dico, quod ſi
pars iret ad iudicem ſuum, ⁊ diceret domine, ſcribas tali iudici,
q̃ faciat iuſtitiam, alias concedat repreſalias quod iudex eum
2 audire nõ debet. d. §. ſit tibi quoque tertium. Dico etiam † quod
ciuitas non poteſt de hoc facere ſtatutum videlicet, quod ſuffi-
ciat requiſitio per literas, ⁊ ſic vt faciat iuſtitiã nam ante, quã
iuſtitia non ſit denegata, non pertinet ad cognitionem ſuperio-
ris, ⁊ per conſequens nec alterius ciuitatis vbi deficit ſuperior,
⁊ ſic non poteſt de hoc facere ſtatutum. facit quod dixi ſupra in
queſt. iij. Item quilibet reus, vel actor, debet primo iudicem re-
3 quirere. Ex predictis apparet † qualiter debeat fieri dicta requi
ſitio, debet enim actor offerre libellum cum omnibus ſolennita-
tibus debitis quando cauſa requirit libellum, vel implorare of-
ficium iudicis pro executione, quando cauſa habet paratam exe
cutionem, vel reus debet modo debito exceptionem opponere,
in caſu quandoque requiritur quod vnus iudex ſcribat alteri
iudici ſcilicet, pro exequenda ſententia ab eo lata, vt extra de
foro competẽ. c. Romana. ⁊ dixi ſupra in queſt. iij. Item in alio
caſu quem vide. ſ. proxi.
**Ad ſecundum** queritur an poſſit requiri, vt al-
terius iudicis iuriſdictionẽ pro-
roget, vel arbitros eligat cum in dicta ciuitate nequeat actor li-
4 tigare ſecure, reſpondeo vt dixi ſ. proxi. † Poteſtas enim qui
concedit repreſalias, ſuccedit in locum deficientis, ſuperioris.
Videndum eſt ergo, ſi ſuperior hoc facere deberet. Et reperio
5 † de iure ciuili hoc debere ſeruari pro pupillis viduis ⁊ miſera-
bilibus perſonis, maxime ſi aduerſarij potentiam perhorre-
ſcunt. C. quando impera. int. pup. ⁊ miſe. per cog. l. j. in fin. Pro
c iſtis ergo perſonis c ciuitas earum proprie poſſit ſcribere alteri
ciuitati, vt aduerſarium dictarum perſonarum cogeret alibi li-
tigare cum tales miſerabiles perſone ipſius aduerſarij poten-
tiam perhorreſcant, quod ſi non faceret, ſtatim apparet iniuſti-
6 tia. ¶ † Que autem intelligantur miſerabiles, declarat plene
7 Azo in ſumma illius tituli. † De iure vero canonico eſt latius
introductum vt vbicunque quis litigium haberet cum domino,
vel cum vniuerſitate terre, ſeu ciuitatis, ſeu quomodocunque ad
uerſarij potentiam perhorreſcat, etiam ſi non ſit de dictis perſo
nis miſerabilibus, poſſet per ſuperiorem trahi extra propriam
diecefim, vt extra de reſcript. cap. ſtatutum. §. cum vero libro vj.
plus videtur quod vbicunque actor, ⁊ reus ſunt diuerſarum ci-
uitatum actor poteſt trahere reum per ſuperioris reſcriptum
extra propriam ciuitatem, dum tamen non trahat eum in ciuita-
tem ipſius actoris, vt d. capi. ſtatutum. §. cum autem actor. quaſi
preſumatur ſemper, quod forenſes cum ciue, in ciuitate propria
8 non litigant ſecure: per quam decretalem dico, † quod, vna ciui-
tas ad petionem ſui ciuis poteſt requirere aliam, vt compellat
aduerſarium extra ciuitatem propriam litigare, ⁊ maxime ad
petitionem miſerabilium perſonarum, vel cum aduerſarij poten
tiam perhorreſcunt, vt dictum eſt, ⁊ ſuper hoc credo ciuitates
poſſe facere ſtatuta. Et hic modus videtur mihi multum equus,
⁊ iuri, ⁊ rationi conſonus.
d
9 **Ad tertium** [d] queritur, † quis requiritur, vt iuſti-
tiã, faciat reſpõ. vt dictũ eſt poteſtas
concedendi repreſalias ſuccedit in locum deficientis iudicis ſu-
perioris: ſed de iure antequam adeatur ſuperior, debet primo
requiri iudex ad quem ſpectat prima cauſa: ⁊ ipſo negligente,
debet requiri proxim⁹, ſuperior qui primo precipiat, vt iuſtitiã
faciat, qui ſi non faciat, adeundus eſt Princeps, vt d. in authen.
de man. Prin. §. ſit tibi quoque tertium. ⁊ ſi non eſt proximus ſu
perior, adeundus eſt Epiſcopus antequam eatur ad Principẽ,
vt in authen. vt diffe. iud. in princip. Ex hoc videtur quod ante-
quam quis adeat iudicem terre ſue pro petendis repreſalijs de-
bet adire primum iudicem, ⁊ ipſo negligente, ſuperiorẽ, ſcilicet

populum, vbi populus dominatur, vel dominum, vel regē, vel principem: hoc autem non eſt indiſtincte verum. Nam illud qđ dicitur de adeundo Epiſcopo, non arbitror opportunum eſſe, quia vſus talem conſtitutionem non admittit, nec Epiſcopi tali iuriſdictione vtuntur in partibus iſtis. Simile not. extra de treuga ⁊ pace. c. j. ⁊ de rebus eccle. non alie. c. j. lib. vj. In eo qđ dicit authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccle. nō eſt de neceſſitate ſeruandum, facit quod dicta conſtitutio, vt diſſe iud. nō reperitur approbata ab eccleſia: ergo, ⁊c. in c. eccleſia ſancte Marie. extra de conſtit. ſed illud quod dixi de adeundo primū ſuperiorem de populo, vel domino videtur eſſe verum p dicta iura quādo populus iudex primus requiſitus denegat facere iuſtitiam nil faciendo, ita loquuntur dicta iura. Si vero iuſtitiam

* denegat pronunciando*, vel aliquid faciendo contra iuſtitiam,

* tunc ſi eſt iudex appellationis, ille proximior debet adiri, antequam ad auxiliū ciuitatis, vel terre proprie, vel domini propriÿ redeat, vt ff. de appel. l. j. §. ſi quis in appellatione. Si vero iudicem appellationis non haberet, vel appellari nō poſſet tunc recurreretur pro repreſalÿs ad iudicem ſuum, eſt enim quod imputetur illi populo vel domino, cur appellationis iudicē non conſtituit, ipſe vero populus, vel dominus adeundus eſt, quia contra vel preter leges preteritas nō pōt facere lite pendente, vel finita, vt C. de tranſact. l. cauſas. ⁊ in auth. in me. litis non fie. ſa. for. ⁊ dixi plene ff. de iuſti. ⁊ iure. l. omnes populi. eorū tamē eſt culpa, vt dictum eſt. Ex predictis patet, quod ſi in ciuitate eſſet aliquod ſtatutum quod manifeſtam iniquitatem contineret, ita quod ſi ciuis alterius ciuitatis ibi litigaret, certum eſt eum perdere, non eſt neceſſe qđ iudex illius ciuitatis requiratur, ſed directo poterit quis requirere iudicem ſuum, qui requirat illam ciuitatem, vt ciui ſuo iuſtitiam faciat, ⁊ iniquitatem illius ſtatuti quantum ad ciuem ſuum tollat: arg. C. de ſacroſanc. eccl. authē. caſſa. ⁊ extra de heretic. cap. ſtatutum ciuitatis. libro ſexto. Sed

10 circa † predicta dubitatur, pone quod ciuitas vna habet iudices prime, ⁊ ſecunde appellationis, cōtigit quod quis litigauit in cauſa principali, ⁊ in prima, ⁊ ſecūda cauſa appellationis ſuccubuit contra iuſtitiā, qualiter ſuccurretur huic? videtur enim deſtitutus omni auxilio. Nam ad Principem nō poteſt haberi regreſſus: quia non licet tertio prouocare: ergo nec ad ciuitatem propriam habere recurſum, ſed dicendum eſt, quod ſi quidem eſſet ſentētia lata ob gratiam partis, ⁊ inique, tunc poſſet peti reſtitutio, ⁊ ſic poſſet peti corā maiore, vt ff. de minorib. l. prefecti. argumen. C. de accuſat. l. abſentem, ⁊ ita poterūt peti repreſalie coram iudice proprio. Si vero ſententia eſſet lata ob gratiam, vel dictum eorum qui regunt ciuitatem, tunc ipſi parti tenerentur ad intereſſe: quod apparet, quia criminaliter puniuntur. l. penult. C. vt lite pend. ⁊ de his, qui pen. no. l. j. ⁊ ſic per conſequens tenetur actione in factum ad intereſſe, vt ff. de fal. l. qui nomine. ⁊ ff. pro ſocio. l. nec quicquam. Si vero ſententia eſſet lata inique ſolum ex iudicis motu, tunc non video remedium contra partem, vel ciuitatem: quia non eſt quid eis imputetur, ſed eſt remedium contra ipſum iudicem, qui iniquam proprio motu tulit ſententiam, de quo remedio dicam. j. ⁊c.

**Ad quartum** queritur, que iuſtitia ſit ſufficiens cauſa cōcedendarū repreſaliarū:

11 Reſpondeo, quod primo † videndum eſt, quod non ſit circa modicum: iſtud enim remedium repreſaliarum cum ſit odioſum, vt extra de iniur. ⁊ damno dato. cap. primo libro ſexto. ⁊ eſt ſubſidiarium contra ius commune, vt dictum eſt, nō debet dari pro modico, vt l. ſcio. ff. de in integrum reſtit. ⁊ ff. de dolo. l. ſi oleum. §. finali. cum ſimilib. Secundo aduertēdum eſt, quod per predictam iuſtitiam ius partis totaliter ledatur, ſecus ſi ledatur aliqualiter. C. de prec. Imperator. offer. l. quoties. vt ſi totaliter iuſtitiam nō facit, vt C. de ſer. fugit. l. mancipia. in fine. ⁊ ff. de dam. infe. l. quarta. §. in eum. vel probationem non recipit, vt l. ſi quādo C. de teſtib. vel ſententiam diffinitiuam iniuſtam tulit, vt C. de pe. iud. qui male iud. l. j. ⁊ ÿ. Si autem partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriam, tunc recurremus ad diſtinctionē que ſit, an ab interlocutoria poſſit appellari, vt eo caſu eſſet ſufficiens cauſa, quo poſſit appellari de iniuſtitia ad petendas repreſalias, alias ſecus. Qualiter autem hec iniuſtitia probetur, dicam infra, ⁊c.

e **Ad quintum** queritur, quomodo intelligatur, quod ſuperioris copia haberi non

12 poſſit: Reſpond. quandoqꝫ † non poteſt haberi copia ſuperioris de iure, nec de facto, quia nō eſt ⁊ tunc eſt clarum: vt dicto c. dominus noſter. xxiÿ. queſt. ÿ. ⁊ quod no. C. de Iudeis. l. nullus. ⁊ ff. qđ vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime. cum gl. ſua. Quandoqꝫ poteſt haberi copia de iure ſed non de facto. Exemplū, Imperator eſt modo in Allemania, ⁊ de iure eſt ſuperior, tamen de facto in partibus iſtis ei non paretur. Vel pone, In Marchia eſt rector p ſancta matre eccleſia, tamen de facto nō poteſt propter occupationem tyrannorum, ſcilicet quod videtur ſuperioris copia non haberi. Quandoque tamen non poteſt haberi co-

* pia de facto, nec de iure. Exemplū,* Aliquis tyrānus occupauit multas terras de facto, non de iure, nō eſt dominus, ⁊ puto recurrendum ad ea que not. Innocent. in c. nihil. extra de elect. videlicet qđ aut tyrannus ille ſua authoritate occupauit, ⁊ tunc non habetur pro ſuperiore, ⁊ non valeret qđ ab eo fieret, vt C. de ſacroſanc. eccleſ. decernimus. Aut fuit electus ab habentibus poteſtatem facere per vim, vel metum, ⁊ tunc aut hoc non eſt notorium, ſed pro vero domino ſe gerit, ⁊ ſic reputatur communiter, ⁊ tunc habetur pro ſuperiore vt l. Barbarius. ff. de offic. preto. Aut eſt publice notum quod eſt tyrannus non dominus, ⁊ tunc non habetur pro ſuperiore nec debet requiri, debet enim ſic reputari, licet non ſit, vt C. de teſtib. l. j. ⁊ per alia iura que alleg. Innocent. in d. c. nihil. ⁊c. Quandoque copia ſuperioris poteſt haberi de iure, ⁊ de facto, ſed haberi non expedit quia forte expenderetur plus quam ſit id, de quo contenderetur, vel forte paſſus iniuriam eſt pauper, ⁊ tunc etiam puto quod non ſit neceſſe quod adeatur ſuperior, imo ſit procedendum tanquam ſi ſuperioris copia non haberetur, argument. C. de anno. ⁊ trib. l. mediteranee. lib. x. ⁊ ff. de pignoratitia actio. l. ſi ſeruos. ſiue ex parte iudicis, ſiue ex parte ſuperioris adiri non poſſit idem iuris videtur, vt l. j. ff. de diuerſ. ⁊ tempo. preſcrip. ⁊c.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Haberi non poſſit. Not. quod vbi dominus negligens habet ſuperiorem a quo ſperari poteſt iuſtitiam repreſalie non tenetur licite vide Felyn. in c. poſtulaſti, in iÿ. declaratione de foro competen. ⁊ ponas hic.

b ¶ Ad primum. Vide plene per Bart. Socin. in conſil. cxx. in j. vol incip. cum in preſenti. Adde ꝙ dicta Bar. in hac queſtione iÿ. ⁊ iiÿ. refert. ⁊ ſequitur dominus meus Soci. in conſi. cxxj. j. vo. ⁊ dupli. ⁊ in conſi. ccxxxj. vol. ÿ.

c ¶ Pro iſtis ergo perſonis. Vide do. Mart. Laud. in tracta. de principibus, vbi ſequitur dicta per Bar. hic.

d ¶ Ad tertium. Vide Bartho. Socin. in conſi. cxx. incip. cum in preſenti.

* ¶ Pronunciando. Adde, ꝙ hoc idem conſulendo voluit Corn. qui refert Bar. hic concord. in conſi. lxÿ. vol. iÿ.

e ¶ Ad quintum queritur. Vide do. Iaſ. in l. Barbarius. in j. limita. ff. de offic. preto.

* ¶ Exemplum. Adde tu. ⁊ vide Alex. de Imo. in conſi. xxxviÿ. verſi. excedit. vol. j. qui allegat Bar. hic.

1 ☞ Statutum, vel conſtitutio permittit repreſalias, cōdictione illius iuris additur iudex.

2 Repreſalie de iure communi petuntur manu regia.
Repreſalie permittuntur de iure diuino, ⁊ de iure gentium.

3 Repreſalias concedens non debet habere ſuperiorem.

4 Poteſtas ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem de facto, nō concedit repreſalias, niſi ſtatuto caueretur, ſed regentes ciuitatem.

5 Ciuitas que ſubeſt alicui Regi, vel Principi, non poteſt repreſalias concedere.

6 Superioris copia ex parte concedentis repreſalias quando haberi non poſſit, vt ciuitas ſubdita illas concedere poſſ.

**Tertia** principalis queſtio eſt, per quem iudicez repreſalie poſſunt concedi. Circa quod queritur. ¶ Primo, quo iure adeatur quis, vt repreſalias concedat. ¶ Secundo, quis eſt ille iudex, cuius poteſtas debet implorari pro repreſalÿs concedendis, ⁊c.

**Ad primum** queritur, quo iure adeatur quis, vt repreſalias concedat reſpon. † ſiqui-

1 dem per ſtatuta terrarum, vel conſtitutiones dominorum aliquibus eſt conceſſa poteſtas, tunc iudex adhibetur condictione ex illo ſtatuto, vel conſtitutione, vel iudicis officium implorabitur, ſecundum quod ex illo ſtatuto vel conſtitutione, precipitur. l. vnica. ff. de condictio. ex lege. ⁊ ibi plene dixi. Qualiter autem circa hoc ſtatutum factum eſt probabiliter illud ignoro, vt extra

2 de conſtitu. c. j. lib. vj. Si vero querimus † de iure communi, tunc aduertendū eſt quod de iſtis repreſalÿs concedendis nulla iuris ciuilis cōſtitutione cautum eſt, ⁊ rationes, ⁊ iura que ad hoc cogunt ſunt magis de iure diuino, ⁊ de iure gentiū, quod bella licite permittuntur, quam de iure ciuili, vt dixi ſupra j. queſt. ÿ. Sed illo iure gentium non erat actio, necꝫ iſte formule agendi, ſed omnia expediebantur manu regia. l. ÿ. in princip. ff. de orig. iuris. Unde dico quod etiam hodie vbi ex iuſta cauſa repreſalie poſtulantur de iure communi, non dicitur intentari actio, vel offi

vel officium iudicis implorari,ſed magis dicitur requiri manus
regia,ſeu poteſtas regia,ſecundum inſtituta iuris diuini,⁊ gen
tium,quod a iure ciuili non eſt immutandum.

**Ad ſecundum** queritur,quis eſt ille iudex,cui⁹
poteſtas debet implorari. Re
ſpon.ſi quidem per ſtatuta edita ab his qui habent authorita
tem hoc aliquid eſt geſtum,illi deundi. Sed ſi de iure commu
3 ni loquamur,tunc ſicut ex parte illius, contra quem repreſalie
conceduntur,requiritur,quod ſuperioris copia haberi non poſ
ſit,vt dictum eſt,⁊ ſic ex parte concedentis repreſalias requiri
tur quod ſit talis, qui ſuperiorem non habeat, quod probatur:
nam concedere repreſalias eſt indicere bellum, licet quãdoque
iſtud bellum non inducatur vniuerſaliter ex parte indicentis,
vel eius,contra quem indicitur quod vni permittitur alios ca
pere,ſcilicet particulares homines,⁊ ſic in dubio eſt particula
ris ex vtraque parte,vt dicam .i.viij.q.iiij.poſſet etiam eſſe vni
uerſale ex vtraque parte:ſed bellum iuſtum non poteſt indicere
niſi ille qui ſuperiorem non habet, vt ff.de capti.l.hoſtes.ergo
nec cõcedere repreſalias: ita tenet Innocẽ. extra de reſtit.ſpol.
cap.olim. Ex hoc ſequitur,quod ſi eſt aliqua ciuitas que ſolum
4 de facto non recognoſcit ſuperiorem,⁊ regitur per populum,ſe
cundum ſuos ordines,⁊ ſtatuta,quod poteſtas,⁊ rector illius ci
uitatis non poſſet concedere repreſalias,niſi eis ſpecialiter ali
quo ſtatuto eſſet permiſſum. Deberet ergo adiri pro repſalijs
ipſe populus,vel ordo vel apud quem eſt omnis communis po
5 teſtas,⁊ hoc puto verum. †Item ex predictis ſequitur, quod ſi
eſt aliqua ciuitas que ſubeſt alicui Principi, ſeu Regi, qđ nec
ipſa ciuitas,nec aliquis officialis Principis,vel Regis,poteſt
concedere repreſalias,ſed ipſe ſolus Princeps vel Rex.Dico
tamẽ quod in omnibus caſibus,in quibus dixi ſupra ij. queſt.v.
6 †quod ſuperioris copia haberi non intelligitur ex parte contra
quam conceduntur in illis intelligendum eſt ſuperioris copiã
non haberi ex parte concedentis,⁊ in illis caſibus ciuitas ſub
dita Regi,vel Comes Regi ſubditus poſſet repreſalias conce
dere. Sicut enim in quibuſdam caſibus propter vrgentem ne
ceſſitatem permittitur aliquibus quod ius ſibi dicant,vt ff. que
in fraudem creditorum.l.ait pretor.§.ſi debitorem.⁊ ff. quod.vi
aut clam.l.ſi alius.§.belliſſime.⁊ not C.de Iudeis. l.nullus.ita
in propoſito ex dictis cauſis poterit ciuitas,vel dominus ſub
ditus concedere repreſalias:quia ſuperioris copiam nõ poteſt
habere

1 ☞Repreſalie ad hoc vt concedantur, ſufficit quod petantur manu regia,nec aliqua ſolennitas iuris ciuilis requiritur.
2 Repreſaliarum concedendarum cauſa vera eſſe debet,⁊ contra quos conceduntur,ius ſaluum ſue defenſionis.⁊ numero.3.
4 Repreſaliarum ſufficit oſtendere ſolam conceſſionem abſque proceſſu.
5 Cautela vt fiat proceſſus,⁊ in ſcriptis redigatur antequam concedantur.
6 Ordo impoſitus per ſtatutum in petendis repreſalijs, ille ſeruatur.
7 Statutum ſi concedit poteſtatem officiali concedendi repreſalias,tunc libellus datur,citatur pars,⁊ lis conteſtatur.
8 Mandatum habens poteſt comparere ad defenſionem eorum, contra quos repreſalie poſtulantur. Item quilibet de populo.
9 Repreſalie ſi petantur quilibet de populo ciuitatis comparere poteſt,ne concedantur.
10 Defenſiones que opponantur ad hoc, ne repreſalie cõcedãtur.
11 Repreſalias iuri petendi quo pacto quis renunciare poteſt.
12 Iuſtitiam denegatam modus probandi.
13 Iudex,populus, vel gens faciens iuſtitiam, vel denegans iuſtitiam,obligatur parti ad intereſſe.
14 Libellus,quando repreſalie petantur quid contineat.
15 Repreſaliarum cauſa conceditur captura, ⁊ detentio ex primo, ⁊ ſecundo decreto.
16 Liber homo in caſu neceſſitatis pro debito alieno capi poteſt.

**Quarta** queſtio pricipalis eſt qualiter, ⁊ quo ordine repreſalie concedantur. Circa quod queruntur plura. Primo quo ordine concedãtur ab eo,qui non recognoſcit ſuperiorem. Secundo, quis ſit ordo quando petuntur ab his,quibus eſt cõceſſum per ſtatuta populi,vel per conſtitutiones alicuius domini. Tertio queritur, parte requiſita quis poteſt cõparere ad defenſionem ne repreſalie concedantur. Quarto, ſi aliquis compareat quibus defenſionibus vti poteſt. Quinto, qualiter iniuſtitia facta,vel iuſtitia denegata probatur. Sexto,an cum repreſalie cõ ceduntur permittatur capi,⁊ detineri,vt ex primo, aut ſecundo decreto,⁊c.

**Ad primum** queritur,quo ordine cõcedãtur quã
do petantur ab eo,qui nõ recognoſ
1 cit ſuperiorem: Reſpon.vt in precedenti† queſtione dixi. Iſto
caſu non dicitur intẽtari actio,vel officium iudicis implorari, ſʒ
a magis dicitur requiri manus regia,ſeu poteſtas regia ſm inſti
tuta iuris diuini vel gentiũ,ſed illo iure oĩa erãt in poteſtate re
gia,vnde nullus ordo,nulla ſolẽnitas requirebať,ſed illud erat
quod regi placebat, dicta.l.ij.in principi.ff.de origi.iur. fa
cit ff.de cõſtitu.princip.l.prima.in princip. Unde in propoſito
dico,quod nulla ciuilis ſolennitas requiratur,nec libellus nec
alius ordo nec ſcriptura, ſolum ergo illud requiritur, quod ius
2 gentium requirebat†ſcilicet quod cauſa propter quã repreſalie
conceduntur ſit vera:alias fieret iniuria,⁊ de iure gentium alte
rum alteri inſidiari nefas eſt,l.vt vim.ff.de iuſti.⁊ iur. Item qđ
3 eis,cõtra†quos conceduntur, ſit ſalua defenſionis facultas, qđ
eſt de iure naturali,vel gentium, quod per Principem tolli nõ
poteſt, vt extra de re iud. c. paſtoralis. §. ceterum. in clemen.
4 Unde credo,†quod ille qui haberet repreſalias ſibi conceſſas
a domino Papa,vel populo cum non habetur ſuperior,non ha
bet de alio proceſſu,vel ordine docere,ſed ſufficit ſolam cõceſſio
nem oſtendere, ⁊ omnia alia preſumuntur recte acta, cum om
nia in poteſtate concedentis eſſent ⁊ ſacrilegij inſtar eſt,⁊c.l.ſa
crilegij.C.de diuer. reſcript.⁊ l. ſecunda.C.de cri. ſacrile. ⁊ hoc
verum in territorio cõcedentis. Sed periculum eſt primo quia
5 gens†illa, contra quam ſit hec conceſſio repreſaliarum poterit
eodem iure vti contra concedentes, per titu. ff.quod quiſque
iur.⁊ de hoc dicam infra. Secundo quia ſi ex aliquo pacto pro
betur de hoc cognoſcit coram arbitris vel alio iudice non ſub
dito ei cui conceſſit dominus probari quomodo iuſte eſſet pro
ceſſum,ea iuſtitia que de iure gentium requiritur, vt ſupra dixi,
alias appareret quod iniuſte eſſent cõceſſe, ⁊ ideo tutius eſt,ꝙ
proceſſus fiat ſuper hoc, ⁊ redigatur in ſcriptis vt ceſſet omnis
ſcrupuloſitas,⁊c.

**Ad ſecundum** queritur, quis ſit ordo, quando
repreſalie petũtur ab aliquibus
6 quibus†eſt conceſſum per ſtatuta populi, vel per conſtitutio
nes alicuius domini: Reſpon.ſi quidem per ſtatutum imponi
tur,ordo ille eſt ſeruandus.ſuper hoc enim ordine poteſt ſtatui,
vt ſupra dixi in queſtio.iij. Sed ſi circa ordinem nihil eſt ſtatu
7 tutum,tunc procedit queſtio. Pone ſtatutum†eſt quod aliquis
officialis habeat poteſtatem concedendi repreſalias cuilibet iu
ſte petenti,quis ordo ſeruabitur illo caſu: Et certe talis officia
lis habet poteſtatem a iure ciuili,quia talia ſtatuta ſunt iuris ci
uilis l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure, ⁊ ipſius officialis offi
cium implorabitur, ⁊ ſic ſecundum ordinem ciuilem erit proce
dendum,vnde dandus erit libellus,pars citanda ⁊ parte com
parente lis conteſtanda ſecundum formam auth. offeratur. C.
de li.conteſt. parte vero non comparente procedendum erit ſi
cut contra contumacem de iure proceditur,quod declarabo in
fra in vi.queſtio.huius queſtio.

**Ad tertium** queritur quis,parte requiſita,poteſt
comparere ad defenſionẽ, ne repre
8 ſalie concedantur: Reſpon.†partem requiri intelligo gentem,
vel populum, contra quem repreſalie poſtulantur, quo caſu ad
defenſionem poteſt comparere perſona quelibet habens man
datum ab illa gente,vel populo,⁊ de hoc non eſt dubium. Se
cundo modo poteſt comparere quilibet de populo illo,vel gen
te,contra quem,vel quam repreſalie poſtulantur, quoniam om
nium intereſt, vt ff.de oper.nou.nunc.l.in prouinciali.§.primo.
9 Tertio,†(vt puto)poterit comparere quilibet de populo illius
ciuitatis,a qua petuntur repreſalie. Nam eorum intereſt, ne re
preſalie indebite concedantur,ne forte ciuitas,contra quam cõ
ceduntur,eodem iure vtatur,⁊ faceret capi homines illius ciui
tatis repreſalias concedentis.

**Ad quartum** queritur, ſi compareat aliquis,
quibus defenſionibus vtatur ne
10 repreſalie concedantur: † Reſpondeo, quedam ſunt defenſio
nes, que cauſantur ex defectu iuris petentis, de quibus in
precedenti dictum eſt, Quedam ſunt que cauſantur ex defe
ctu perſone petentis repreſalias, de hoc dicetur infra. Sunt
etiam quedam alie defenſiones. Primo, vt puta ſi paratus eſt
emendare quod improbe factum eſt, vt preallegato cano. do
minus noſter.xxiij.queſtio ij.quod intelligo, ſi de hoc ſatiſdat
idonee argum.C.de bo.author iud.poſ.auth.⁊ qui iurat. Secũ
do ſi eſſet dubium,an eſſet denegata iuſtitia,tunc poteſt petere
quod ſuper hoc dubio, an ſint concedende repreſalie cogno
ſcatur, cum ibi non poſſit litigare ſecure, ſecundum ea, que di
11 xi ſupra.ij.q.ij.per eaſdem rationes. Sed pone,†vt de facto ſepe
accidit in his, qui eliguuntur rectores alicuius ciuitatis, ⁊ pro
mittunt non petere repreſalias,an poterit contra eos excipi de

tali promiſſione: Videtur qđ non, ſicut non valet pactum quod
quis non poſſit laudū reducere ad arbitrium boni viri. Tu dic,
vt ſupra dictum eſt ſepius. Iſta enim petitio repreſaliarum ſuc⸗
cedit in loco deficientis iuriſdictionis ſuperioris: ⁊ ideo repre⸗
ſalie ſi petantur, quaſi inique ſit condēnatus, vel iniuſte, ⁊ ſic ha
bet recurſum ad ciuitatem ſuam ſicut haberet ad iudicē appel⸗
lationis, ⁊ tunc poteſt ſibi opponi de pacto: ſicut enim poteſt
iuri appellandi renunciari vt C. de tempo. appellat. l. fin. ⁊ ff. a
quib. appel. non licet. l. j. §. ſi quis ante ſententiam. ita ⁊ huic iu
ri, quod ſuccedit in locum eius. Si vero petat repreſalias pro⸗
pter aliam iniuſtitiam ſibi factam, vel iuſtitiam denegatā, ⁊ tunc
non poteſt opponi de primo pacto, quia iam nō valet pactum,
per quod remittitur delictum futurum. l. ſi vnus. §. illud. ff. de
pact. ⁊ l. conuenire. de pact. dot. ⁊c.

12 **Ad quintum** queritur, qualiter iuſtitia denega
ta ꝓbetur: Reſpondeo † per acta,
per teſtes: puto etiam quod poteſt requiri iudex primus, vt a⸗
ctorum copiam faciat: quod ſi non faciat, iſtud eſt iniuſtitiam fa⸗
cere, vt C. vt lit. penden. l. ij. Eſt etiam alius modus multum ex⸗
peditus videlicet, quod, factis omnibus requiſitionibus debi⸗
tis, vt ſupra dictum eſt, tunc ille, qui patitur iniuſtitiam, vel ſe
pati dicit, adeat iudicem a quo intendit petere repreſalias, qui
iterum mittat nuncium, vel ambaſiatorem, quod huic iuſtitiam
faciat, nec relationi talis nuncij, vel ambaſiatoris ſtabitur, vt in
auth. vt differ. iu. §. j. vbi dicitur, quod ſtatur literis eius, cui
hoc fuerit commiſſum: ſic ergo idem erit in propoſito ⁊c.

**Ad tercium** queritur, an cum repreſalie cōceduntur
permittatur capi, ⁊ detineri, vt ex primo
13 aut ex ſecundo decreto. Circa quod ſciendum † eſt, quod iudex,
gens, vel populus qui facit iniuſtitiam vel denegat iuſtitiam,
obligatur parti ad intereſſe, vt Inſtit. de oblig. que ex quaſi de⸗
licto in prin. ⁊ ff. de var ⁊ extraor. cog. l. ſi iudex. C. de teſtibus. l.
quando. in fine. C. de ſer. fug. l. mancipia. in fi. ff. de magiſ. conue. l.
j. in princip. de damno infec. l. quarta. §. in eum. Unde libellus,
14 † qui datur quando repreſalie conceduntur, primo debet cōti⸗
nere qualiter facte fuerunt requiſitiones debite, ⁊ fuit iuſtitia
denegata, propter quod partis intereſt in tanta quantitate,
quare petit dictos officiales commune, ⁊ homines ipſius con⸗
demnari in quantitate predicta ſibique concedi licentiam ca⸗
piendi ⁊ detinēdi homines dicte terre, ⁊ res ipſorum vſque ad
ſatiſdationeꝫ dicte quantitatis: tunc ſi quis compareret, ⁊ ordi
narie litigaretur, ſententia que daretur pro actore dicte repre⸗
ſalie haberet vim executionis rei iudicate, ⁊ illud poſſet fieri
quod fieret de rebus que in cauſam iudicati caperentur, ⁊ ordo
15 eſt manifeſtus. Si vero nullus compareret, † tunc debet dari
primo licentia capiendi vel detinendi, vt ex primo decreto, vt
tedio affecti veniant reſponſuri, tunc ſi in contumacia perſeue⸗
rauerint, perquiſita veritate, dabitur licentia capiendi ex ſecun⸗
do decreto, ſicut in alijs cauſis iura ſunt vulgaria. Nec mirum,
ſi in cauſam iudicati capiuntur liberi homines, in quos ciuitas
illa contra quam cōceduntur repreſalie ius habet: quare hoc ſit
16 † alias in caſu neceſſitatis. l. pro herede. §. ſi qđ tamen. ff. de ac⸗
quir. hered. in fi. glo. mag. ⁊ ibi not. Sed ſi ſtatutum aliter diſpo
neret, tunc illud eſſet ſeruandum. Poſſunt enim ſuper his, que
expedienda ſunt ſuper concedendis repreſalijs ſtatuere, vt in
precedentibus dictum eſt, ⁊c.

ADDITIO.

a Tho. Dip. C. Manus regia. No. quod dicit Bar. hic, quod ille
qui non recognoſcit ſuperiorem, non teneatur ſeruare ordinem,
⁊ quod nulla ſolennitas requiritur, nec libellus, nec alius ordo,
nec ſcriptura ⁊ quod habens repreſalias ab eo non debet alio
proceſſu docere, ſed ſufficit ſolam conceſſionē oſtendere, omnia
alia preſumuntur tanquam manu regia facta. Ita dicit Bal. in
conſi. cxij. in ij. vol. incip. quatuor ad probādum. in prin. ⁊ alleg.
Bar. hic ⁊ inducit dominos Venetos qui non recognoſcunt ſu
periorem, qui conceſſerunt repreſalias contra dominos Mala
teſtas de Arimino.

1 ☞ Repreſalie conceduntur incolis, qui munera, ⁊ grauamina
cum ciuitate ſoluunt.

2 Priuilegia alicuius artis, quis non habet, ſi artem non exercet.

3 Repreſalie conceduntur ciuibus non ſubiectis, ⁊ factiones cō⸗
munis non facientes ex priuilegio.

4 Ciuis nō faciēs factiones ex cōtumacia, ſi petit repreſalias, ci
uitas poteſt illas ei denegare, alius autem conqueri nō poteſt.

5 Repreſalias petēs ꝓbat duo, ſcilicet ſe incolā, ⁊ munera ſubire.

6 Prelaturam habens in ciuitate, an dicatur ciuis.

7 Ciuitas an poſſit concedere repreſalias ciui ſuo ex conuentio⸗
ne contra ciuitatem originis, ⁊ num. 9. vbi quod ſic.

8 Ciuitatis poteſtas eſt maior in ciuem quam poteſtas patris in
filium.

10 Repreſalie non conceduntur forenſibus.

11 Repreſalie non poſſunt concedi ei qui poſt factam iniuſtitiam
effectus eſt ciuis, vel incola.

12 Poteſtas, ſtipendiarij ⁊ ſcholares habētur pro ciuibus in loco
vbi exercent officium, ſtipendium merentur, ⁊ ſtudent non quo
ad omnia.

13 Repreſalie, quando, ⁊ quo caſu poſſunt predictis concedi.

14 Statutum quod ciues vnius ciuitatis tractētur, vt ciues, quo⸗
modo intelligatur, ⁊ quando repreſalie talibus concedi poſſunt
contra tertiam ciuitatem.

**QUinta** Principalis queſtio, quibus repreſa
lie ſunt cōcedende: Circa quod que⸗
runtur plura. Primo an repreſalie ſint concedende,
⁊ an ſint cōcedende incolis. Secūdo an ciuibus nō
ſubiectis iuriſdictioni ſeculari, vel non facientibus factiones
communis. Tertio queritur an ciuibus noſtris ex conuentione
poſſint concedi repreſalie contra ciuitatem originis, vel econ⸗
tra. Quarto queritur, an ei qui poſtquam paſſus eſt iniuriam fa
ctus eſt ciuis, ſint repreſalie cōcedende. Quinto queritur, quid
de his, qui pro ciuibus habentur ex lege vel ſtatuto. Sexto que
ritur, quid ſi ciues vnius ciuitatis in alia ciuitate debent tracta
ri, vt ciues illius ciuitatis, an ibi poſſint petere repreſalias con⸗
tra tertiam ciuitatem, vel non, ⁊c.

a **Ad primum** [a] queritur, cum repreſalie ſint cōcedē
de, an ſint cōcedēde incolis: Reſpō.
1 ſi quidē † eſt talis incola qui munera, ⁊ grauamina ciuitatis quā
colit ſubijt, tunc ei ſunt cōcedēde repreſalie ex cauſis legitimis,
* ſi vero nō ſubijt * ibi munera, ⁊ grauamina, nec ad ea ſcribi ſe fe⸗
cit, tunc ei non ſunt concedende repreſalie. Hoc probatur per
regulam iuris, qui ſentit onus, debet ſentire commodum, ⁊ ecō⸗
tra, vt C. de furt. l. manifeſtiſſimi, §. ſed cum in ſecunda ff. de reg.
iur. l. ſecundum naturam. extra de reg. iur. c. qui ſentit. lib. vj. Se
cundo per l. qui ſub pretextu. C. de ſacroſant. eccleſ. ⁊ C. de colle⸗
giat. l. j. lib. xj. Tertio quia illi proprie dicuntur municipes, qui
munera ſimul ſubeūt, vt ff. ad munic. l. j. in prin. ergo ⁊ ei qui nō
ſubit munera, non competunt priuilegia municipum. Quarto,
2 † quia nō habet quis priuilegia alicuius artis, vel ciuitatis, vel of
ficij, niſi qui re ipſa illud geſſerit, vt C. de conſu. l. nemini. lib. xij.
Facit ff. de execu. tut. l. ſi. in prin. ⁊. C. de teſta. mil. l. ex eo tēpore.
⁊ C. de teſt. mil. l. ſcriniarijs. ⁊ l. ne quidam. Quinto, quia inter ci⸗
uē, ⁊ incolam tacite celebratur quidam contractus vltro citro⸗
que obligatorius, eſt enim incola obligatus ad munera. ff. ad
munci. l. j. in princi. ⁊ l. incola. iam eſt ciuitas ad defenſionem, ⁊
protectionem ipſius, ⁊ idem in quolibet domino, vel rectore. l.
illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. preſi. ille autem, qui non
implet contractum ex parte ſua, non poteſt petere, quod ſibi im⸗
pleatur, vt ff. de actio. empt. l. Julianus. §. offerri, vnde ille qui
munera non ſubijt non poteſt petere repreſalias.

**Ad ſecundum** queritur, an ciui non ſubiecto iu⸗
riſdictioni ſeculari, vel non facien
3 ti factiones communis, ſint repreſalie concedende: † Reſpon.
Quidam ſunt ciues non ſubiecti iuriſdictioni, ⁊ nō facientes fa
ctiones communis ex priuilegio, vt clerici, vt C. de epiſco. ⁊ cle.
l. ij. auth. ſtatuimus. ⁊ authen. item nulla communitas. Item ſunt
priuilegiati propter dignitatem ſecularem, vt C. vt ſenatorum
l. ij. ⁊ ff. de vac. mu. per totum, ⁊ iſtis ſunt concedende repreſalie,
ne priuilegium in eorum fauorem conceſſum redūdet in odium.
l. quod fauore. C. de legib. l. nulla. ff. eo. facit auth. ſed epiſcopus
dignitatis. C. de epiſ. ⁊ cler. ⁊ in corpore, vnde ſumitur, facit etiā
C. de decur. l. neque Dorotheum. libro x. vbi Imperator inter⸗
pretatur legem, que dicebat, ꝙ filij ſequantur matrem, ſi non ſe⸗
quuntur patrem. Ex quo intelligatur, ſi non ſequuntur patrem
priuilegio. d. l. neque Dorotheum. verſi. j. Et eſt de clericis ex⸗
4 preſſum lxxxj. diſt. c. Maximianus. Si vero ex quadam † con⸗
tumacia non faceret factiones, tunc ciuitas ſua, a qua peteret
repreſalias, poſſet ei denegare, vt ff. ex quibus cauſ. maior. l. ſed ⁊
ſi per pretorem. §. ſed ⁊ ſi dum decreto. ſi tamen ciuitas taceret,
alius non poſſet de hoc conqueri, argum. C. de iure emphy. l. ij.
⁊ quod not. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. l. j. ⁊ ij. vbi dicitur ꝙ pro⸗
pter penſionem non ſolutam, licet domino volenti eum expelle⸗
re, quaſi dicat, extraneus non poteſt de hoc conqueri, ⁊ hoc di⸗
cit glo. parua. in l. ij. ff. ſi ager vectig. Sed dices tu, quare in pre⸗
cedenti queſtione dictum eſt incolam non ſubeuntem munera,
eſſe repellendum a petitione repreſaliarum: Reſpon. ſola volū⸗
tate in ciue perficitur obligatio inter eum ⁊ ciuitatem, que mu⸗
tari non poteſt. l. aſſumptio. ff. ad munic. ſed incola non, niſi reci⸗
piatur a ciuitate l. j. in princip. ff. ad munic. ibi, recepti in ciuita⸗
tem, ⁊c. poteſt enim ciuitas nō eum recipere, argumen. ff. de leg.
l. ſi. Vides ergo quod ille qui petit repreſalias, vt ciuis, debet
probare ſe ciuē, ⁊ ad hoc conſulo, quod fiat ſpecialis articulus.

Si ve

5 Si vero †petit repreſalias, debet probare duo, ſcilicet, ſe inco-
lam, ⁊ ſe ſubire munera, vel feciſſe eſtimum, ⁊ ſimil. Hic autē poſ
6 ſet dubitari, vtrum forenſis qui habet in hac ciuitate prelatu-
ram vel occaſionem vel eſt hic monachus, dicatur ciuis huius
ciuitatis, ⁊ quid de aliquo cap. faciente hic reſidentiam, ⁊ hoc
plene dixi in lectu. ff. ad municip. l. j.

7 **Ad tertium** queritur, †an ciuibus noſtris ex con-
uentione poſſint cōcedi repreſalie cō-
tra ciuitatem originis, vel contra? Et videtur quod non, per re-
gulam poſitam ff. de vſufructu. l. ſi ſeruo. §. regulariter. ⁊ de ver-
borum oblig. l. liber homo. in princip. vbi dicitur quod ex quo fa-
cto queritur mihi ius ex eodem, ſi agatur, ⁊ fiat metu, non obli-
gerita in propoſito ſi per aliam ciuitatem huic ciui fieret iniu-
ria, ciuitati originis quereretur ius concedendi repreſalias: er-
go ex eo, quod iſta ciuitas facit cum illo ſuo ciue originario, con
tra eum non poteſt agi, ⁊ ſic repreſalie concedi. Secundo proba
tur, quia duabus ciuitatibus ad idem concurrentibus prefertur
ciuitas originis, vt ff. ad municip. l. aſſumptio. §. filius. ⁊ no. C. de
incol. l. ciues. lib. x. ergo hic in faciendo iuſtitiam prefertur ciui-
tas originis, ⁊ ſic contra eam non poſſunt concedi repreſalie
Tertio ſic. Non eſt dubium, quod ciuitas originis poterat ſta-
tuere in ſuum ciuem antequam efficeretur ciuis ex conuentione
alterius ciuitatis, ⁊ alia ciuitas de hoc non potuiſſet conqueri,
vnde ciuis per conuentionem poſtea factam non poterit iuri
originalis ciuitatis, ſeu originis preiudicare, ipſa ciuitate origi-
nis non conſentiente, vt ff. de pac. l. fina. ⁊ l. ſi vnus. §. ante oia.
eodem tit. C. res inter al. acta. per totum. Quarto probatur a ſi-
mili, fructuarius poteſt nunciare nouum opꝰ aduerſus omnes
preter dominum vt l. j. in fi. ff. de ope. noui nūcia. ita ciuitas, que
habet ciuem ex conuentione poterit concedere repreſalias ad-
uerſus omnes, preterquam aduerſus dominum. ff. de publiciā.
l. penulti. Quinto, quia ſi quam iuſtitiam ciuitas originis fecit,
videtur ſibi magis feciſſe, quam alij ciuitati, vt. ff. ad legē Aqui-
liam l. legis Aquilie actio debitori. Sexto, videtur caſus. ff. ad
municip. l. de iure quod de his, que queruntur inter ciuitatem ⁊
ſuum ciuem ſolum coram iudice ſue ciuitatis agitur. Et ſic con-
cluditur quod ſicut ſi ciuitas originis faciat iniuſtitiā, alia ciui-
tas non poteſt ſe impedire. Item ecōtra, quod ciuitas originis
non poteſt ſe impedire de his, que facit ciuitas extra conuentio
nes. Septimo, quia repreſalie ſunt quoddam remediū extraordi
narium, ſed tale remedium non debet dari contra ciuitatem ori-
8 ginis, quia †ciuitatis poteſtas eſt maior in ciuem ſuū, quam po-
teſtas patris in filium. l. ij. ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ l. poſtliminium. §. fi
lius quoque familias. de capti. Sed contra patrem auxilium ex
traordinarium non datur, vt C. qui, ⁊ aduer. quos. l. fin. ergo nec
contra ciuitatem originis. E contra videtur, ꝙ vna poſſit contra
aliam repreſalias concedere. Primo, quia quādo ſunt duo, qui
habent vnum ſubditum, quilibet poteſt defendere eum cōtra in
iuriam, que ei infertur ab alio. Exemplum, Pater habet filium
ſubditum ⁊ ciuitas ſimiliter. d. l. ij. ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ l. poſtlimi-
nium. §. ſi filius. de capt. ſed ſi pater deliquit in filiū ciuitas pu-
nit eum, vt ff. ⁊ C. ad leg. Pom. de parri. Et ſi ciuitas procederet
cōtra eum filium, pater admitteretur pro ſuo intereſſe ad defen-
ſionem filij, vt C. de accu. l. ſi cuiuſdam. ⁊ arg. ff. de appel. l. nō tan
tum. ⁊ l. Lucius. eo. tit. ita in propoſito vna ciuitas cōtra aliam
ad defenſionem ſui ciuis poterit concedere repreſalias. Secun-
do ſic. Quādo ſunt plures qui habent in re, licet vnū ius ſit po
tentius altero tū etiā ille qui habet ius debilius, poterit agere
contra illum qui habet ius potentius, ſi rem illam damnificat. l.
itē Mela. §. fi. ⁊ l. ſeq. ⁊ l. ſi dominus ſeruū. ff. ad l. Aquil. ita etiā
in propoſito, ciuitas, que habet illum ciuem ex cōuentione, licet
habeat illud ius debilius quam ciuitas originis, tamē pro eiꝰ
defenſione poterit ſibi concedere repreſalias. Tertio ſic, Licet
duo ſint domini eiuſdem perſone, tamen ſi vnus in illam delin-
quat poteſt ab alio coerceri, vt ff. ad leg. Aquil. l. ſed ⁊ ſi commu
nē ſeruū. ita in propoſito. Quarto ſic, Pro propulſanda iniuria
poteſt quis conuocare amicos, vt de vi ⁊ vi arm. l. iij. §. eum igi-
tur. ⁊ ibi no. ⁊ no. extra de homic. c. ſignificaſti. ergo multo magis
paſſus iniuriam poterit conuocare ciuitatem, cuius eſt ciuis.
9 Solutio. Dicendum eſt †quod vna ciuitas cōtra aliam poterit
repreſalias concedere, quod probatur, quia poteſtas conceden-
di repreſalias ſuccedit in locum ſuperioris, vt dictum eſt ſupra
in queſt. j. ⁊ ij. nō eſt dubium quod ſi ciuitas mea mihi facit iniu
ſtitiam, poſſum adire ſuperiorem, vt ff. quod met. cauſa. l. metū.
§. animaduertendū. ⁊ de dolo. l. ſed ⁊ ex dolo. §. j. ita ergo in pro-
poſito. ⁊ ad hoc cōcludebāt omnes rationes facte pro hac par-
te. Preterea poteſtas ciuitatis, vel alia quecunque tunc attēdi-
tur, cum bene gerit. vel iuſtitiam facit, non cum aliquem ſpoliat
vel facit iniuſtitiam, vt ff. pro empt. l. qui fundum. § ſi tutor. ⁊ de
furt. l. interdum. §. qui tutelam. ⁊ ibi not. vnde in propoſita que-
ſtione quando ciuitas facit iniuſtitiam ciui ſuo, non vtitur po-
teſtate, quam habet in eum. Sicut ergo contra ciuitatem extra-
neam, ita contra illum poſſunt licite repreſalie concedi, alijs cō
currentibus, de quibus in precedētibus dictum eſt. Et per hoc
apparet reſponſum, quaſi ad omnia allegata in cōtrarium. Non
obſt. ff. ad municip. l. de iure. quia illud eſt verum quod primo de
bet agi coram illo iudice, tamen ſi denegat facere iuſtitiam, vel
facit iniuſtitiam, ⁊ non habetur copia ſuperioris, recurritur ad
remedia repreſaliarum.

**Ad quartum** queritur, an ei qui poſtquam paſ-
ſus eſt iniuſtitiam factus eſt ciuis,
ſint repreſalie cōcedende? Ad cuius declarationem primo ſciē-
10 dum, †quod repreſalie non poſſunt concedi forenſibus. Nam
conceſſio repreſaliarum eſt quodammodo iuris gētium, vt dixi
ſupra tertia queſtione. ij. ⁊ iij. queſt. j. ſed illud, quod quis facit ad
tutelam corporis ſui, fit licite, vt l. vt vim. ff. de iuſtit. ⁊ iure. ⁊ in-
telligo, ſuum corpus, ſiue loquamur de corpore indiuiduo, ſiue
de corpore miſto, vt de vna ciuitate, vel collegio. Iſta enim ap-
pellantur corpora, vt ff. quod cuiuſque vni. no. l. j. in princ. ⁊ de colle.
illic. l. j. ⁊ ſuper rub. no. vnde ciuitas pro eo, qui eſt de corpore ſuo
defendendo ab iniurijs poteſt concedere repreſalias, nō pro eo
qui eſt extra corpus ſuum. Pro hoc eſt quod in decretis ij q. j.
c. multi. circa medium. ibi, quid enim mihi de his qui foris ſunt
iudicare, quaſi dicat de his qui ſunt extra noſtrum corpus nō p
11 tinet ad nos iudicare. Hoc premiſſo ei, †qui tempore denegate
iuſtitie erat forenſis, licet poſtea efficiatur ciuis, vel incola, non
poſſunt de iure concedi repreſalie. intelligitur de ciue tempore
facte iuſtitie. nec tale ius tranſit ad nouam ciuitatem. ff. de ſer.
corrup. l. doli. §. fina. ⁊ l. j. §. ſi ſeruus. ff. depoſi. ⁊ de actio. ⁊ oblig.
l. quecunque. ⁊ ibi ſunt concord. in glo. ⁊c.

b **Ad quintum** queritur[b], quid de his qui pro ciui
bus habentur ex lege, vel ſtatuto
quo ad quid, vt poteſtas, ſtipēdiarij ſcholares, ⁊ ſimiles? Circa
12 quod †eſt ſciendum, quod poteſtas alicuius ciuitatis efficitur
ciuis illius ciuitatis, ſeu pro ciue habetur, vt lib. x. C. de incolis.
l. ciues. ⁊ ibi not. per gloſſam. Item milites ſeu ſtipendarij ha-
bentur pro ciuibus in locum vbi ſtipendium merentur. ⁊ ibi fo-
rum ſortiuntur, vt ff. ad municip. l. municeps. ⁊ not. in d. l. ciues. ⁊
c ff. de iud. l. heres abſens. §. j. in ij. gl. magna. Item ſcholares[c] in
terra ſtudij, licet ibi nō efficiantur ciues, vt l. lex Cornelia. §. do
mum ff. de iniu. ⁊ C. de incol. l. ij. libro x ff. de iud. l. heres abſens
§. primo. in gloſſa ſuper verbo, domicilium. ⁊ tamen in dicta ter
ra habentur, ⁊ proteguntur a rectore ipſius terre, vt ciues, vt l.
prima conſtitutione. ff. §. penultimo. ⁊ C. ne fil. pro patre. auth.
habita. Aduertendum etiam, quod predicti non habentur, vt ci
ues quo ad omnia, ſed quo ad qd. Nam poteſtas vel rector hu
ius ciuitatis non poteſt hic conueniri, niſi pro his que hic con
traxit, vel ratione officij, vt l. ij. §. legatis. ff. de iudi. ibi, vel ſi qui
iudicandi cauſa accerſiti ſunt, coniuncto §. omnes. in ead. l. Et
idem intelligo de ſtipendiarijs ⁊ ſcholaribus. Et ita debet itel
ligi quod not. in d. l. heres abſens. §. j. in ij. gl. mag. ff. de iudi. ſci-
licet quod ſcholares ſortiuntur ibi forum pro his que ibi cōtra-
13 xerunt. Hoc premiſſo †ſicut predicti habent ius ciuis limitare,
ita habent limitare ius petendi repreſalias in terra predicta.
Nam ſi poteſtas in his quos ſecum ducebat cauſa officij, vel mi
lites in his que cauſa militie, vel ſcholares in his que cauſa ſtu
diorum ſecum ducebant vel reducebant paſſi ſunt iniuſtitiam,
vel iuſtitia denegata fuit eis quia quo ad illos ciues non ſunt:
ergo, ⁊c. vt ſupra proxi. dixi.

**Ad ſextum** Queritur, ſi ciues vnius ciuitatis in
alia debent tractari vt ciues illiꝰ ciui-
tatis ex pacto vel ſtatuto an ibi poſſint petere repreſalias ꝯtra
tertiam ciuitatem. Circa quod ſciēdum eſt ꝙ per predicta ver
ba, ſcilicet tractentur vt ciues, non efficiuntur ciues: argu. ff. de
verb. ſignifica. l. mortis appellatione. ⁊ quod ibi no. per gl. ⁊ Ia
co. de Aret. ¶ Item predicta verba hoc important in his que
ibi tractare poſſunt, alias de iure addatur iſta qualitas, ſcilicet,
quod tractentur vt ciues, quod prodeſt ad multa propter ſtatu
d ta, que faciunt differentiam[d] inter ciues, ⁊ forenſes. Hoc patet
ex tenore ipſorum verborum quia nullam poteſtatem dant, ſed
ſolum modificant quod tractentur vt ciues. Simile dicit lex ꝙ
tutor loco domini habetur. quod intelligitur in his, que de iure
facere poteſt, vt ff. pro emp. l. qui fundū. §. ſi tutor. Sed ſi alias
in dicta ciuitate non poterat petere repreſalias, ergo nec modo
poterit. Dico tamen quod poſſent eſſe verba ita late cōcepta ⁊
poſſet eſſe tanta confederatio duarū ciuitatū, quod eſſent qua
ſi, vt vnum corpus ⁊ quelibet ciuitas poſſet de ciue alterius ci
uitatis, ſicut de proprio ſuo ciue facere, vt ff. de capt. l. nō dubi-
to ⁊ tunc poſſet petere ibi repreſalias, ſicut ciuis illius ciuita-
tis, hoc autem factum eſt.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Ad primum. Vide Bart.in l.j.ff.ad municip.in vſi. ij.e; iſta.ꝛ ibi vide Alex.in addi.ꝛ ibi apoſtil.meam,ꝛ Bar ſ.in j.qu.ſt.vij.queſt prin.ꝛ Alex.de Jmo.in conſi.xlj in vij.vol. incip.ex multis que in themate.in j.col.ꝛ ſeq.ꝛ Bapti.Seue.in l. j.C.de ſumma Tri.ꝛ fide cathol.

* B L.¶Subijt.Adde quod hoc dictum refert, ꝛ ſequitur preceptor meus Soc.conſi.ccxcij.

b Tho.Dip.¶Ad quintum queritur. Vide Bart.in l.ſi marit⁹. §.j.ff.de adult.ꝛ ibi Ale.in addi.ff.de addult.ꝛ vide apoſtil.meã Bar.in l.heres abſens.§.proinde.ꝛ ibi Alexan.in additio.ff.de iudic.

c ¶Scholares.No.quod dicit Bar.hic quod ſcholaris non pōt in loco ſtudij conueniri ex cōtractibus alibi geſtis ꝛ vide Phil. Franc.in c.Romana.§.nec etiam.de foro comp.lib.vj.

d ¶Differentiam. Vide in l.ſi maritus.§.legis Julie.de adult. ff.de adulte.

1 ☞ Repreſalie contra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit,quando concedi poſſunt.
2 Officialis qui fecit iniuſtitiam de qua durante officio poterat conueniri,ſi conueniretur in loco proprio, debet ad locum officij remitti.
3 Repreſalie,contra officiales ꝛ poteſtates faciētes iniuſtitiam, quando concedi poſſunt.
4 Conſilium vt officiales Poteſtatis non teneantur pro iniuſtitia per Poteſtatē facta, ꝛ contra eos repreſalie nō conceduntur.
5 Repreſalie contra conſules, ꝛ priores ciuitatis facientes iniuſtitiam concedi poſſunt.
6 Repreſalie poſſunt concedi contra ſingulares homines ciuitatis.
7 Homo liber pro alio capi poteſt neceſſitate exiſtente.
8 Repreſalie poſſunt concedi contra terras ſubditas ſimpliciter, non ſi ſunt ſubdite quo ad quedam.
9 Repreſalie poſſunt concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iuſtitiam.

SExta principalis queſtio eſt, contra quos repreſalie concedantur. Circa quod queritur primo, an cōtra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit, vel iuſtitiam denegauit poſſint concedi repreſalie. Secundo, an contra officiales dicti poteſtatis, ſeu rectoris poſſint repreſalie concedi. Tertio, an contra conſules, ſeu priores ciuitatis poſſint repreſalie concedi. Quarto queritur, an contra ſingulares homines qui nihil habent facere in regimine, vel in officio ciuitatis poſſint repreſalie cōcedi. Quinto, vtrum repreſalie poſſint concedi contra homines terrarum ſubditarum quo ad quedã non tamen ſimpliciter. Sexto, vtrũ repreſalie poſſint concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iuſtitiam.

Ad primum queritur an contra rectorem ciuitatis forenſem, qui iniuſtitiam fecit repreſalie poſſint concedi. Ad quod dicit Jacobus de Belui.in queſtione ſua quam ponit authent. vt non ſi.pign. quod contra eum concedi poſſint, argumen.ff. quod quiſque iur.l.j. extra de ſenten.excommunicatio.c.Romana.§.caueant.lib.vj. Mihi au-
1 tem videtur † ſic dicendum aut poteſtas facit talem iniuſtitiam pro qua non poteſt conueniri durãte officio, vt ff.de iudi.l.pars literarum de iureiuran.l. nec magiſtratibus. ꝛ tunc contra eum non poſſint concedi repreſalie. Ratio, quia nec iudex ſuperior habet durante officio, in cuius locum ſuccedit ius cōcedendi in eum repreſalias, vt dictum eſt, ꝛ finito officio, non poſſunt ſimiliter concedi, niſi requiſito iudice, qui habet eum ſyndicare, ſicut in quolibet alio priuato debitore, vt dictum eſt ſupra ij.queſt.iij. Judex autem terre proprie ipſius rectoris debet requiri, vt in-
2 fra dicam. Aut rector † ille fecit talem iniuſtitiam, de qua durante officio poteſt conueniri, ꝛ tunc durante officio, poterunt repreſalie contra eum concedi eadem ratione precedentibus ſolēnitatibus requiſitis. Judex autem ciuitatis proprie illius poteſtatis ſeu rectoris non debet requiri: quia ibi talis cauſa nō debet agitari imo ad locum officij oporteret remitti, vt C.vbi de ratiocin.agi.opor.l.ij.ꝛ C.vt omnes iudi.tam ciui.quam crim.poſt depo.admi.ꝛc.l.vnica.ꝛ in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§. neceſſitatem.

Ad ſecundum queritur, an contra officiales, poteſtates ſeu rectores, poſſit cōcedi repreſalie: Jaco.de Belui.in predicta queſtione dicit, ꝙ
3 ſic. Ego † dico, quandoq; ſunt aliqui officiales, qui expreſſe iuuerunt rectorem ad talē iniuſtitiam faciendã ꝛ cōtra illos ſine dubio poſſunt cōcedi repreſalie, vt l.nullã.C.de exec.ꝛ exac.lib.xij.

a Quidã ſunt[a], qui expreſſe cōtradixerunt, ꝛ cōtra illos non poſſunt repreſalie concedi, vt C.de appel.l.quoniam iudices.ꝛ l.om-
4 nes iudices.in ſi.de decur.lib.x. Et ideo cōſiliũ † eſt officialib⁹, quando talia occurrunt. quo proteſtantur qḋ non conſentiunt, ꝛ quod illa, que fiunt, non fiunt de iure, ꝛ de hoc fiat inſtrumentum, hoc ibi videtur requiri.d.l.quoniam iudices. Quidã ſunt officiales, qui nec conſentiunt, nec cōtradicunt, q; forte ſunt abſentes, vel ignorantes, cōtra illos nō poſſunt cōcedi repreſalie. l.j.in princ.ff.de magi.conue.ibi, preſentes, ꝛc.in gloſ.ibi poſita. in verb.eos. Quidã ſunt officiales preſentes, qui non contradicunt, nec conſentiunt, ꝛ tunc eſt aduertēdum quod quidam ſunt officiales ad ea, que ſunt mere facti, nec conſilia requiruntur, vt notarij, berouarij, ꝛ ſimiles, ꝛ tunc etiam contra hos non poſſunt concedi repreſalie qui nō poſſunt reſiſtere domino ſine decore, ideo reſiſtere nō tenentur.l.vnica.§ officiũ.C.vt omnes iudic.tam ciui.quam crimi. Nec obſt.quod glo.ibi in verb.debito tamē honore, dicit eſſe correctum, quia verum eſt in caſu illo, q; quilibet poteſt reſiſtere fugienti, non autē alijs caſibus ibi notatis. Quidam ſunt officiales, qui adhibentur ad conſentiendum, ꝛ contra iſtos, ſi non contradicunt, poſſunt concedi repreſalie.d.l.quoniam iudices.cum ſimi.ꝛ hoc, ſi ſciuerunt: alias nō eſt quid eis imputetur. Sed ſi dubitatur, an officialis fuerit preſens, vel abſens, ꝛ vtrum fuerit ſciens, vel ignorans, quid preſumatur in dubio, cogita per te ipſum.

5 Ad tertiũ † queritur, an cōtra cōſules, ſeu priores ciuitatis iuſtitiã denegantes poſſunt cōcedi repreſalie: Jac.de Bel. in q.predicta diſputata per iura allega.ſ.in hac q.j.dicit quod ſic, quod intelligo verũ cōtra priores, vel conſules preſentes: ſecus cōtra abſentes, vt d.l.in prin.ff.de mag.conue.tũc enim contra illos abſentes non poſſunt cōcedi repreſalie, tanquam contra conſules, ſeu priores, ſed tanquam contra quoſlibet alios de populo, vt dicam ĩ.proxime.

b Ad quartum[b] queritur, an cōtra ſingulares homines qui nihil habēt facere in officio, vel regimine ciuitatis poſſunt repreſalie concedi: Jaco.de Bel.in predicta diſputatione dicit, quod nullo modo poſſunt contra tales repreſalie concedi: quia pro debito ciuitatis non tenentur homines ſingulares, vt ff. quod cuiuſque vni.no.l.ſicut municipiũ.§.ſi quid vniuerſitati.quod met.cauſ.l.metum.§. animaduertendũ.ꝛ de dolo.l.ſed ex dolo.§.j.ꝛ de reg.iu.l.aliud §.refertur.ꝛ extra de ſentent.excommu.c.Romana.§ vniuerſi-
6 tatem libro ſexto. † Sed mihi videtur contrarium per d.c.dominus noſter.xxiij.q.ij.vbi dicitur gēs, vel ciuitas plectēda eſt, tota ergo gens ciuitatis plectitur. Preterea, licet ſententia excommunicationis non poſſet ferri in vniuerſitatem, vt d.c.Romana tamen fertur ſententia interdicti, que ligat in quolibet populo etiam innocentes. vt c.ſi ſententia.extra de ſentent.excom.lib.vj. Si ergo poteſt hominibus ſingularibus propter delictum interdici eccleſiaſticum ſacramentum, ꝛ ſepultura, multo magis poſſunt eorum bona temporalia auferri, ꝛ poſſunt capi propter quod interdicitur ei vti propria libertate, hec enim animam non ligant. Preterea, concedere repreſalias eſt quaſi quoddam bellum particulare, indicere vt ſupra dictũ eſt in precedentibus, ſed in illo bello etiam innoxij capiuntur: ergo ꝛc.
7 Hoc probatur in d.c.dominus noſter. Preterea, licet ille qui capitur, ſit innocens, tamen ciuitas habet ius merum ꝛ ſic cauſa neceſſitatis poteſt capi, vt dixi ſ. j.q.ij.pro hoc.in vſi. feud.ꝛ de ſtat.contra libertatem eccleſie.§.j.ꝛ §.ſi vero dominus.ꝛ C.de ſacroſanct eccleſ.auth.caſſa.ibi, bona eorum per totum noſtrum imperium ab omnibus occupentur.ꝛ C.de here. ꝛ auth.ſi vero dominus, ꝛ ſic contra omnes poſſunt concedi: ꝛ ita de conſuetudine, obſeruatur. Sunt tamen quidam, qui capi non poſſunt vigore repreſaliarum, ſic generaliter conceſſarum, de quibus dicemus ĩ.in ſeq.q.princi.

c Ad quintum[c] queritur vtrum repreſalie poſſunt cōcedi cōtra homines terrarũ ſub-
8 ditarum, quo ad quedam, non ſimpliciter? † Reſpon. quedã ſunt terre ſubdite alicui domino, terre, vel ciuitati, vel principi ſimpliciter, ſed in quibuſdam ſunt priuilegiate, vt habeant certas iuriſdictiones, ꝛ exceptiones, vt ſunt multe in multis regnis: ꝛ contra iſtos poſſunt concedi repreſalie: quia vere ſubdite ſunt argumen.l.Titius.C.de operis libert.ꝛ de liber.cauſ.l.ſi.Quedam ſunt terre, que ſimpliciter ſunt libere, ſed ſe ſubmiſerunt quo ad quedam, ꝛ ſunt multe terre ſubdite huic ciuitati, ꝛ cōtra iſtas non poſſunt concedi repreſalie propter delictum ciuitatis vel domini, qui eas habēt ſubditas: quia ille ſunt libere, vt ff.de capt.l.non dubito. Propter delictum tamen ipſarum terrarum ſubditarum poſſunt concedi, ſicut ſi poſſet eis iuſtum bellum indici, ſi denegarent tranſitum per territorium eorum.xxij. q.ij.c.notandum, ꝛc.

Ad ſext

6 **Ad certum** queritur, vtrum† repreſalie poſſint* cō cedi cōtra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iuſtitiam: Ad quod dico. ſicut iudex qui exequitur ſententiam, debet capere res que non* ſunt in cō trouerſia, ſi poteſt, ita concedens repreſalias (quantum poteſt) cum minori ſcandalo poteſt cōcedere, vt capiatur certum genus hominum, vel res, vel quod quilibet homo ciuitatis contra quē cogitur ſoluere certam quantitatem, cum tranſit pro perſona, vel pro eſtimatione rerum. Et hec omnia vidi obſeruari de facto, ſecundum diuerſitatem locorum.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Quidam ſunt. Vide per Bar. in l. quoniam iudices. ⁊ ibi Alex. in addit. C. de appell.

b ¶ Ad quartum. Vide per Paul. de Caſt. in cōſil. cccxiiij. incip. ſuper eo quod primo loco, in ſecundo dubio. ⁊ ibi videas omnino, qui concludit in ciue, quod repreſalie non extenduntur ad filios, ⁊ perſonas natas poſt repreſalias, ⁊ vide Alex. de Imo. in l. ſi quis iniquum. §. fina. in addit. Bart. que incip. facta. ff. quod quiſque iur.

¶ Ad quintum. Vide Bart. in l. nō dubito. ff. de cap. ⁊ poſtlim. reuer. ⁊ ibi Alexan. in addit. ⁊ ibi vide meam apoſtill. facit quod conſulunt Bal. in fauorem forenſium, in conſi. cxj. in ij. volu. icip. quatuor. in fine.

1 ¶ Repreſalie conceſſe contra ciuitatem poſſunt exerceri contra eius incolas ſubeuntes tamen munera.

2 Homines de Florentia, ⁊ homines Florentini idem important.

3 Repreſalie an poſſit concedi contra ciues alibi moram trahentes.

Ciuis Florentinus alibi habitans, dicitur Florentinus, ſi ſui ſubeunt ibi munera.

4 Repreſalie non poſſunt concedi contra ciuem ciuitatis concedentis qui etiam ſit ciuis ciuitatis, contra quam conceduntur.

5 Repreſalie non conceduntur contra mulieres, vt perſonaliter capiantur.

6 Repreſalie contra clericos exerceri non poſſunt.

7 Repreſalie non exercentur contra ſcholares, nec contra nuncios, nec famulos eorum.

Non exercentur contra ſcriptores, ⁊ bidellos. ⁊ numero 8.

Non exercentur contra patrem ſcholaris viſitantem filium in ſtudio. ⁊ num. 9.

10 Scholarem eſſe probatur ex qualitate rerum, quas defert ex cōſuetudine eundi ⁊ redeundi.

11 Repreſalie non exercentur contra ambaſiatores.

Ambaſiatorem quem eſſe probatur per literas. Nō exercentur contra teſtes, qui cauſa teſtimonij accedunt, vel contra eos qui inuiti trahuntur nec contra eorum famulos. ⁊ num 12. Contra euntes ad nundinas in loco nundinarum nō exercentur, in alio loco ſic. ⁊ num. . Non exercentur contra euntes ad indulgentiam nec contra eorum famulos ⁊ num. 14. Nec contra tenētes hoſpitium in loco vbi ſunt indulgentie. ⁊ num. 15. Nec contra applicantes vi ventorum in aliquo loco. ⁊ num. 16. Nec contra eos, qui in ius vocari non poſſint de iure communi ⁊ num. 17.

**Sextima** principalis queſtio eſt. ſi repreſalie ſimpliciter concedantur cōtra homines ⁊ perſonas alicuius terre contra quas perſonas poſſint exerceri. Circa quod querūtur plura. Primo, an contra incolam ciuitatis poſſunt repreſalie exerceri. Secundo, an contra ciues illius ciuitatis alibi moram trahentes. Tertio, an contra ciues illius ciuitatis, qui ſunt ciues, vel incole illius ciuitatis concedentis. Quarto, an contra mulieres poſſunt repreſalie exerceri. Quinto, an poſſunt exerceri contra clericos. Sexto, an poſſunt exerceri contra ſcholares. Septimo an poſſint exerceri cōtra ambaſiatores. Octauo, an contra euntes ad nundinas poſſint repreſalie exerceri. Nono, an contra euntes ad indulgentiam. Decimo, an contra nauigantes, qui vi ventorum impelluntur in aliquem locum. Vndecimo, an cōtra eos, qui in ius vocari non poſſunt, repreſalie exerceri poſſint. Modo veniamus ad ſingula per ordinem.

a **Ad primum** a queritur, an contra incolas ciuitatis, contra quam poſſunt repreſalie
1 exerceri. Ad† declarationem huius queſtionis premittendum eſt, repreſalias conceſſas ſimpliciter, vt contra homines Florentinos, vel cōtra homines, ⁊ perſonas de Florentia. Et ſciendū eſt, quod iſta verba homines de Florentia, vel homines Florētinos, idem important, vt ff. de excuſat. tuto. l. ſed ⁊ reprobari. §. amplius. ⁊ ibi not. per glo. ſuper verbo, Cumanus. ſed iſta ver-
b ba homines Florentinos b, referuntur ad municipes ciuitatis, vt ff. ad Municip. l. 1. ibi, Campanos, Puteolanos, ⁊c. in verſic. ſequēti. Sed verbum municipes, eſt genus ad ciues, ⁊ incolas, vt not. C. de incolis. l. ciues lib. x. ⁊ probatur. ff. ad municip. l. filij. §. municipes. apparet ergo quod virtute illorum incole comprehendantur: quod intelligo de incolis ſubeuntibus ibi munera vt ff. ad munici. l. j. ibi, recepti in ciuitatem. ⁊c. ⁊ dixi ſupra, quarta queſtio. j. ſecus ſi munera non ibi ſubeunt, ⁊ hoc eſſe verum apparet, quia Poteſtas ciuitatis ſi non vult, quem admiſit reijcere poteſt. l. fina. ff. de legibus. Sed illud quod quis poteſt acceptare antequam acceptet, non dicitur in bonis ſuis. ita incola antequam recipiatur ad munera, non dicitur proprie ciuis illius ciuitatis, ⁊ ſic contra eum non poterunt repreſalie exerceri, ⁊c.

c
2 **Ad ſecundum** c queritur, † an contra ciues illius ciuitatis alibi moram trahētes poſſint repreſalie exerceri ſemper, retēto eodem themate quod repreſalie ſunt conceſſe cōtra Florētinos vel hom. ciues de Florentia: eſt dubium, vtrum ex eo, quod ciues de Florentia alibi habitant, deſinant eſſe Florentini, vel de Florentia: Videtur quod non, quia origo non mutatur l. aſſumptio. ff. ad municip. Nec obſtat. ff. de verborum ſignificatio. l. prouinciales, quia ſubauditur ibi tantum ſecundum primam lecturam gloſſe, ⁊ hec eſt vera opinio. Vel ſecundum alios, aut repreſalie ſunt conceſſe contra homines de vna prouincia, vt contra Marchinos, ⁊ tunc qui non habitat in prouincia, dicitur prouincialis. d. l. prouinciales. aut contra homines de vna ciuitate, ⁊ procedit precedens opinio. Ita ſentit glo. in verbo. non eos. in dicta l. prouinciales. que opinio non placet, non enim video rationem diuerſitatis inter ciuitatem, ⁊ prouinciam, vel ſecundum alios. Aut habitat in alia ciuitate eiuſdem prouincie, ⁊ tunc remanet Florentinus aut in alia ciuitate alierius prouīcie, ⁊ tunc ſecus. d. l. prouinciales. Et ita ſentit glo. in verbo, non mutat. C. de adopt. l. in adoptionem. ſ. quidam, quod non placet eadē ratione. Alij dicunt, aut loquimur ſecundum propriam ſignificationem vocabuli, ⁊ remanet Florentinus, vt d. l. aſſumptio. aut ſecundum communem vſum loquendi, ⁊ non eſt Florentinus, quia ibi nō habitat d. l. prouinciales. ⁊ ita dicebat dominus Iacobus de Aret. Oldra. ſed communis vſus loquendi preualet omni proprie ſignificationi, vt l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de legatis tertio ergo talis alibi habitans non poterit capi pro repreſalijs. Alij dicunt quod hec verba, Florentinus, ⁊ de Florētia, debent intelligi de eo, qui ibi conuerſatur, ⁊ moratur, argumē. l. j. §. beſtias ff. de poſtulat. ⁊ magis debemus inſpicere accidens quam originem, ⁊ ita conſuluit dominus Lamb. de Ramponi-
3 bus. Ego † alias in diſcurſu lectionis, in d. l. prouinciales. ff. de verborum ſignificat. dicebam quod ille talis qui alibi moratur, non poteſt capi tanquam Florentinus, quia ipſe non fuit in culpa, argum. l. j. in princip. ff. de magi. conue. quod eſſet verum ſine dubio, ſecundum opin. Iaco. de Bel. quam reprobaui ſupra vj. queſt. princ. queſt. quarta. ⁊ iſto modo videtur ſic dicendum quod Florentinus ſiue de Florentia eſt, qui inde eſt municeps, vt dixi ſupra proxi. queſtio. ⁊ intelligitur de municipe proprie, qui ibi munera ſubit. Aut ergo aliquis habitabat alibi, ⁊ Florentie munera nō ſubit per ſe, nec per patrem, nec per fratres nec per
* alios, non dicitur Florentinus proprie. Aut ibi ſubit * munera per ſe, vel per patrem, vel per fratres, vel per alios, ⁊ tunc licet. alibi moretur, Florentinus eſt. d. l. j. ff. ad municip. ⁊ de excu. tut. l. ſed ⁊ reprobari. §. amplius. ⁊ videtur hoc expreſſum. C. de agri. ⁊ cenſi. l. cum ſcimus. § illud. lib. xj. Illud autem quod dicit Iaco. de Aret. de communi vſu loquendi eſt facti, ſcio quod hic talis vſus loquendi non eſt, ⁊c.

4 **Ad tertium** queritur, † an repreſalie poſſunt exerceri cōtra ciues illius ciuitatis, qui ſunt ciues, vel incole illius ciuitatis concedētis: Videtur, quod ſic quia ſi poſſunt exerceri contra non ſubditum ciuitati concedenti, multo magis contra ſubditum. Preterea dominus poteſt petere vt vſufructuario denegetur ius vtēdi, fruēdi propter eius contumaciam ⁊ ecōtra. l. ſi proprietarius. ff. de dam. infe. ⁊ l. hoc amplius. § fin. cum l. ſequen. eodem titu. ita hic poterit capi propter ius, quod habet in eo ciuitas, contra quam ſunt conceſſe, licet etiam habeat in eo ius ciuitas concedens. In contrarium videtur quod iſtud ius concedendi repreſalias eſt inductum in defectum iuriſdictionis, quam ordinarij debēt exercere, vt in precedentibus pluries eſt dictum, ſed ciuitas concedens poteſt in ſuum ciuem exercere iuriſdictionē ordinarie: ergo cōtra eū non extēdūtur repreſalie. Pro hoc videtur caſus ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fue. l. j. §. habet itaque. arg. l. ſerui, ⁊ filij. in prin. ff. de fur. Preterea ciuitas concedens repreſalias tenetur ciuem, vel incolam ſuum defendere ab iniurijs, que inferuntur per alium, vt dixi ſupra in queſt. prima. ergo ipſa ciuitas ciui ſuo non deberet inferre violentiam: licet ſit ciuis alterius ciuitatis, argumen. ff
d de euic. l. vendicantem. Preterea d quando ciuitas aliquid con-

cedit,intelligitur concedere,vt ille cui conceditur,contra ſe non
vtatur,vt l.in fraudem.§.neque inſtrumēta.ff.de iure fiſci.ꝛ l.ſi
peculium.§.ſicut autē.de pecul.leg.ſed ſi ciues poſſent capi:er/
go videtur conceſſiſſe cōtra ſeipſam. Preterea in conceſſio/
ne, ſubintelligitur ſine iniuria priuatorum cōcedentis, vt C.de
emanc.lib.l.nec auus.ꝛ l.ij.§.merito.ꝛ §.ſi quis a principe.ff.ne
quid in loco publ.multo magis intelligitur cōcedere quod exer
ceantur repreſalie ſine ipſius ciuis iniuria: quia ſi ciuis capere/
tur,lederetur Reſpubli.cuius intereſt locupletes habere ſubie/
ctos.Et iſtud puto verum etiam ſi talis ciuis fuiſſet particeps
criminis.Nam ex vigore talium repreſaliarum ſupplicite conce/
ceſſarum non poſſet capi,ſed deberet ſpecialiter concedi,vel cō
tra talem ciuem ordinarie procedi per ciuitatem concedentem
repreſalias.

5 Ad quartum †queritur, an repreſalie poſſunt
exerceri contra mulieres? Vide/
tur quod ſic: Sicut enim in bello capiuntur mulieres.ꝛ habent
poſtliminium.l.j.C.de poſtlim.reuerſ.cum ſimilibus.ita in hoc
particulari bello.Sed dico,quod in perſona capi non poſſent.
C.de offic.diuerſ.iudi.authent.ſed hodie.de cuſto.reorū authē.
ſed nouo iure.licet enim quaſi de iure gentium concedantur, ta
men debent ciuiliter intelligi.argumen.l.ſi cui ſimplici.ff.de ſer
uit.titulo generali,ꝛc.

6 Ad quintum †queritur,an poſſint exerceri con/
tra clericos? Tex eſt expreſſus,ꝙ
non in c.ꝛ ſi pignorationes.extra de iniu.ꝛ dam.da lib.vj. Sed
quid de clericis coniugatis non euntibus in habitu? Reſpond.
tunc priuilegio clericorum non gaudent, vt extra de cler.coniu.
c.j.lib.vi.Sed dubitatur quid ſi vnus Epiſcopus nō facit iuſti/
tiam de clericis,ꝛ ad ſuperiorem nō poteſt haberi recurſus,for/
te quia ille Epiſcopus eſt tyrannus,vel ſchiſmaticus,vtrū tunc
contra clericos illius Epiſcopi poterunt concedi,ꝛ exerceri re/
preſalie authoritate iudicis ſecularis vel alteriꝰ Epiſcopi: Vi/
detur quod ſic: quia d.c.ꝛ ſi pignorationes loquitur quando re
preſalie conceduntur propter delictum laicorum. In hoc autem
ſtandum canoniſtis,quibus relinquo.

7 e Ad ſextum †quæritur,an cōtra ſcholares poſſunt
exerceri repreſalie,tex.eſt,quod non,in
authent.habita.C.ne fil.pro patre ſiue iam applicuerit ad ſtudij
locum,ſiue peregrinetur ſtudij cauſa,ſed nunquid predicta ha/
bent locum in ciuitatibus non habentibus priuilegia ſtudij?
Reſpon.aut loquimur in alia ſcientia ſtudētibus, quam legali,
ꝛ tunc talis ſcientia poſſit vbique doceri,vt ff.de excuſatio.tuto.
l.ſi duas tunc autem credo idem in omni ciuitate:quia d.authē.
habita loquitur generaliter. Aut loquimur de ſtudentibus in
ſcientia legali ꝛ tunc illa non poteſt legi in ciuitatibus non pri/
uilegiatis ꝛ ſi alibi docetur delictum eſt, vt in proemio digeſtō
rum.§.hec autem tria.ꝛ ideo in alijs ciuitatibus non haberet lo
cum tale priuilegium, ꝛ hoc de iure ſtricto. Dicunt tamen qui/
dam doctores, quod illi § hec autem tria.eſt hodie derogatum
per deſuetudinem.cum ꝛ in ciuitatibus non priuilegiatis docē/
tur iura.ꝛ quod hodie ratio iſtius §.ceſſet:quia cum multi ſciant
hodie iura.nō eſt dubium,nec timor,quod tradetur, adulterina
ſciētia.Ideo equum putarem quod euntes ad talia ſtudia gau/
derent hoc priuilegio,ꝛ quod dico de ſcholaribus, idem puto d
nuncijs, ꝛ famulis eorum.d.authen.habita ibi, eorum nūcij,ꝛc.
8 ꝛ †idē de ſcriptoribus, ꝛ bidellis, ꝛ ſiquidem neceſſarij ſunt in
ſtudio,argumen.ff. in proemio, circa finem, vbi eodem modo
conceduntur iuriſdictiones vt in alijs,argumen.ff.de teſtamē.
mil.l.j.ꝛ de bon.poſſ.ex teſtā.mil.l.vnica.ꝛ C.de teſtamen.mil.l.
9 ſcriniarijs.ꝛ †idem de patre qui iret ad videndum filios in ſtu
dio not.ff.de iudic.l.ij.§.idem Claudio.in gloſſa ſuper verbo,
10 venerat.†Sed qualiter probabitur quod ſit ſcholaris,vel quod
vadat cauſa ſtudij:Ego reſpondeo,ex qualitate rerum,quas de
fert,ꝛ ſimilibus,argumen.ff.de re mili.l.non omnes.§.a Bar/
baris.Idem ex conſuetudine eundi,ꝛ redeundi ad ſtudium,arg.
l.naturalem.§.ceruos.ff.de acq.re.dom.ꝛ ex multis alijs,que di
ligens iudex,qui ſuper hoc cognoſcit poterit inuenire.

11 Ad ſeptimum †queritur an cōtra ambaſiato/
res poſſunt repreſalie exerceri?
Reſpond.non, vt l.ſanctum.ff.de rer.de legatis primo.l.fina/
li.ꝛ l.ij.§.legatis.ff.de iud.ꝛ hoc verum quod non poſſunt capi.
in ciuitate,ad quam ſunt deſtinati, nec in alia, per quam tranſ/
itum facerent dicto §.legatis.ꝛ ibi not in gloſſa ſuper verbo,de
ſtinati.quod autem ſint legati,probabitur per literas ſue amba
ſiate,vel alio modo legitimo.l.vnica.C.de manda.Princip.Et
12 idem†videtur dicendum de his, qui cauſa teſtimonij, vel alias
trahuntur inuiti. vel deſtinati ſunt in aliam ciuitatem, ꝛ idem
de ſeruitoribus predictorum, argumen.eorum que ſupra proxi/
me dicta ſunt.

13 Ad octauum †Queritur,an cōtra eūtes ad nū
dinas poſſint repreſalie exerceri
Reſpon.in loco,ſeu territorio eius,qui tenet nundinas,nō poſ
ſunt contra venientes ad nundinas repreſalie exerceri, caſus
eſt.C.de nundi.l.vnica.ꝛ ſi vadens ad nundinas tranſit per alie
num territorium,an poſſint repreſalie exerceri non reperio pro
hibitum,licet ſit argumen.contra id quod ſupra proxime dixi
aliud in illis qui neceſſario munere funguntur,hi autem volun
tarie vadunt ad nūdinas qualiter autē probabitur, quod quis
vadit ad nundinas? Reſp.vt ſupra in precedentibus dixi.

14 Ad nonum †Queritur,an cōtra euntes ad indul
gentiā poſſint repſalie exerceri. Re
ſpon.non,vt C.cōmunia de ſucceſ.authen.omnes peregrini.ibi.
libere hoſpitentur,ꝛc.ꝛ tenet gloſ.in verbo,ob aliam cauſam ve
nerit.l.ij.§.legatis.verſicu.nam Celſus. ff.de iudic.ꝛ in ſignum
huius propter eorum ſecuritatem,vt cognoſcantur qui ſunt pe
regrini euntes ad indulgentiam portent baculum, ꝛ perulam
ſicut legati oliuam portabant, vt l.ſanctum.ff.de rerum diu.ꝛ
15 idem puto de famulis,ꝛ de ſeruitoribus eorum. Et idem†puto
de his qui vadunt ad loca, vbi ſunt iſte due indulgentie gene
rales, vt ibi teneant hoſpitium in ſeruitium peregrinantium,
argumen.eorum que dixi circa ſcholares de ſcriptoribus, ꝛ bi
dellis,ꝛ ſimilibus.

16 Ad decimum Queritur,an contra homines na
uigantes,qui vi ventorum impel
luntur in aliquem locum, poſſunt repreſalie exerceri? Et puto
quod non, ꝛ hoc per auth.nauigia. C.de fur.que hoc expreſſe
vult.C.de naui.l.j.ꝛ de nauf.lib.xj Ad hoc etiam facit optime l.
Ceſar.ff.de publican.

17 Ad vndecimum Queritur,†an contra eos qui
in ius vocati ſunt poſſint ex
erceri repreſalie.Reſpon.non, vt ſunt hi qui ponuntur in l.ij.ꝛ
tertia.ff.de in ius voc.Si enim eſſent condemnati ipſi non poſ
ſunt capi,multo magis pro debito,vel delicto alterꝰ. Eſt enim
captio quedam citatio realis, ꝛ ideo ſi aliquis de ciuitate con
tra quam conceſſe ſunt repreſalie eligeretur Poteſtas,non poſ
ſet hic capi propter officium. Item ſi aliquis duceret vxorem d
vna ciuitate ad aliam, ad faciendum nuptias. Idem ſi aliquis
iret ab vna ciuitate ad aliam, ad funus conſanguinei. Idem ſi
eſſet furioſus, vel infans, vel impubes. Contra eos enim non
poſſent repreſalie exerceri,vt dicta l.ij.ꝛ tertia.ꝛ l.impubes.de
in ius vocan.ꝛc.

ADDITIONES.

a Tho.D. ¶ Ad primum Vide Bartol.in l.prima.ff.ad muni
cipia.ꝛ ibi Alexand.in additioni ꝛ Bart.ſupra in queſtio.v.q.
princip.ꝛ in l.prouinciales.ff.de verborum ſignificatio.ꝛ ibi
Alexand.in additio.ꝛ Franciſ.de Aretio in l.ij.in princip.ff.de
verbo.oblig.
b ¶ Florentinos. Vide Alexan.in rubri.ff.ſolu.matrimo.ꝛ in l.
de legat.j.
c ¶ Ad ſecundum.Vide Ange.de Aret.in §.pauonum.in In
ſtitu de rer.diui.ꝛ Bar.in l.prouinciales.ꝛ ibi Alexan.in addi.
ꝛ ibi apoſtil.meam.ff.de verbo.ſignifi.ꝛ Pet.de An.in tractu
tutum.§.cum vero.ꝛ ibi Philip.Franc.de reſcrip lib.
¶ Subdit.Adde,ꝙ hoc idem conſulendo tenet Soci.
do ad argu.hic in conſi.ccxcij.vol.ij.
d Tho.D ¶ Preterea.Vide Alex.in conſil.xxij.in vij.volu.
incip.conſideratis.in ſi.
e ¶ Ad ſextum queritur.Vide Feli.in c.ij.de foro compe.

1 ☞ Repreſalie quando poterunt exerceri contra res perſona
rum,contra quas non poſſint exerceri.
2 Res aliorum portate per eos, contra quos repreſalie exerceri
non poſſunt,poterunt pro repreſalijs capi.
3 Res exiſtentes in territorio ciuitatis, contra quā cōceſſe ſunt
repreſalie,non poſſunt capi. ꝛ duci ad ciuitatem concedentem.
4 Res exiſtentes in territorio alterius ciuitatis,etiam ſcriben
iudici illius ciuitatis non poſſunt capi pro repreſalijs.

OCtaua Principalis queſtio eſt, ſi repreſalie
ſimpliciter concedantur, circa quas
res poterunt exerceri,ꝛ quia dubitatum eſt, ꝙ po
ſunt exerceri in rebus,ꝛ contra res mobiles,ꝛ immo
biles,ꝛ ſe mouentes hominum, ꝛ perſonarum illius loci, con
tra quem repreſalie ſunt conceſſe, que reperiuntur in territo
rio ciuitatis concedentis,quedam tamen poſſunt recurrere du
bia,que examinanda ſunt. ¶ Primo dubitatur an res dicta
rum perſonarum contra quas non poſſunt exerceri repreſalie
poſſun

poſſunt pro repreſalijs capi. ¶ Secundo que ſint dicte perſo-
ne, contra quas non poſſunt exerceri. ¶ Tertio, an poſſint capi
res exiſtentes in territorio ciuitatis, contra quam conceduntur
repreſalie, ⁊ duci ad ciuitatem concedentem. ¶ Quarto, an poſ-
ſint capi res exiſtentes in territorio alicuius tertie ciuitatis ſi-
te, ſcribendo iudici illius ciuitatis, ⁊c.

**Ad primum** Queritur, vtrum res dictarum per-
ſonarum contra quas poſſunt exerc
ceri repreſalie poſſunt pro repreſalijs capi. † Ad quod dico, q̃-
1 dam ſunt perſone contra quas non poſſunt exerceri repreſalie
ſolum ratione perſone, vt quia mulier, infans, vel furioſus, vel
ſimilis, ⁊ tunc ſine dubio contra res eorum poterunt exerceri,
vt l. ſatis. ff. de in ius voc. ⁊ in authen. vt nul. iud. §. neceſſarium
vero credimus. verſic. ſi vero mulier poſt legitimam. Intellige
tamen quod non capiuntur res eorum taliter, vt per hoc vide-
rentur retineri perſone, non enim poſſet mulier ſpoliari veſti-
mentis, vel alijs rebus, ſine quibus honeſte viuere non poſſet,
vt l. in eadem. §. ſi. ff. ex quibus cau. maio. ⁊ quod ibi no. Quedã
ſunt perſone contra quas non poſſunt exerceri repreſalie ex cer-
ta cauſa, vt contra ſcholares, vel ambaſiatores, vel ſimiles, et
tunc contra res eorũ quas portarent, vel haberent neceſſarias
ad illam cauſam non debent exerceri repreſalie, ſed contra alias
ſic. l. publicanus. §. de rebus. ff. de public. facit quod dixi ſupra
proxi. q. circa ſcholares, ⁊c.

**Ad ſecundum** Queritur, † quid ſi dicte perſo-
2 ne, cõtra quas non poſſunt exer-
ceri repreſalie, portent res aliarum perſonarũ, contra quas poſ-
ſint exerceri? Reſpon. ſi quidem portent dictas res neceſſarias
ad ſuum vſum, vt equum ad equitandum, ⁊ ſimilia, de quibus in
l. in lege cenſoria. ff. de verbo. ſignifi. ⁊ tunc non poſſunt capi, vt
dixi ſupra in queſtio. precedenti, circa ſcholares. Si vero non
eſſent eis neceſſarie, tunc poſſunt capi nec eſt qui repugnet. l.
ſacroſanc. de ſacroſanc. eccleſ.

3 **Ad tertium** † Queritur, an poſſint capi res exiſtẽ-
tes in territorio ciuitatis, contra quã
repreſalie conceduntur, ⁊ duci ad ciuitatem concedentem? ſi q̃-
dem repreſalie ſimpliciter ſunt conceſſe, non intelligitur data
ptãs vtendi in territorio concedentis, non enim vltra extendi-
tur ſimplex cõceſſio. l. cũ vnus. §. is cuius. ff. de bon. autho. iud.
poſ. ⁊ extra de conſti. c. vt animarũ. lib. vj. ¶ Preterea conceſſio
repreſaliarum eſt quoddam particulare conceſſum priuato con-
tra priuatos, vt dictum eſt ſ. xvj. q. quarta. ſed ſi equitaretur in
territorio ciuitatis, contra quam eſſet bellum vniuerſale, ⁊ cõtra
ipſam ciuitatem, ergo, ⁊c. Preterea aggredi in territorio alte-
rius ciuitatis eſt cauſa maioris tumultus, ergo non videtur con
ceſſum in dubio. l. non eſt ſingulis. ff. de regu. iur. Cõcludo ergo
quod ſolum in territorio concedentis poſſunt repreſalie conce-
di, alias exerceri, nec poteſt quis aggredi territorium alterius,
niſi hoc ſit expreſſum per verba hoc de neceſſitate importantia.
Qui ergo vult, faciat hoc exprimi ſpecialiter in conceſſione.

4 **Ad quartum** Queritur † an poſſint capi res ſite
in territorio alterius tertie ciuita-
tis, ſcribendo iudici illius ciuitatis? Reſpond. licet de iure com-
muni in executione ſententie hoc permittatur. l. a diuo Pio. §.
j. ff. de re iudic. ⁊ ff. de bo. autho. iud. poſ. l. cum vnus. §. pen. cũ
ſimi. tamen cum repreſalie ſint quoddam bellum, vt dictum eſt,
quis non poteſt cogere alium ad bellum, niſi ſibi ſubditum, in
vſib. feud. in tit. hic finitur lex Corrad. cap. domino guerram. et
quis non cogitur alium iuuare, niſi eum cui ſubeſt, vt l. culpa ca-
ret. ⁊ quod ibi not. ff. de reg. iur. ⁊ per Dy. extra. de reg. iur. non
eſt ſine culpa. lib. vj. niſi forte eſſet ciuitas federata, que deberet
facere guerram, ⁊ pacem, ad petitionem hoc ſcribentis per ea
que dicta ſunt ⁊ arg. ad hoc optimum. ff. de cap. ⁊ poſt. re. l. non
dubito. circa finem, ⁊c.

1 ☞ Capere homines, et res vigore repreſaliarum propria au-
thoritate quis poteſt, quando copia iudicis haberi non poteſt.
2 Perſona capta pro repreſalijs debet ad iudicem duci.
3 Res capte pro repreſalijs poſſunt per capientem retineri.
4 Res pro repreſalijs capte venduntur, ⁊ eſtimantur iudicis au-
thoritate.
5 Repreſalie poſſunt exerceri die feriato ob neceſſitatem homi-
num, in ferijs autem in honorem Dei poſſunt ex cauſa.
6 Repreſalie ſi conceduntur p habentẽ ptãtem legis cõdende. poſ-
ſunt concedi, vt exerceantur etiã diebus feriatis in honorem Dei.
7 Cognitio ſummaria, vel ordinaria, quando quis vult defendere
ſe, ⁊ res ſuas occaſione repreſaliarum captas.

**Nona** Queſtio principalis eſt qualiter repre-
ſalie exerceantur circa quod q̃runtur multa.
¶ Primo, an qs poſſit capere hoĩes et res vigore
repreſaliarũ per ſe, an per miniſtros iuſtitie, ⁊ ſuos.
¶ Secundo an homines, et res captas teneatur quis iudici
preſentare an vero poſſit in ſuo priuato carcere retinere.
¶ Tertio, qualiter res capte vendantur, et eſtimentur.
¶ Quarto, an repreſalie poſſint exerceri die feriata, vel non.
¶ Quinto, ſi aliquis vult defendere ſe ⁊ res ſuas occaſione re-
preſaliarum captas, qualis cognitio debeat adhiberi.

1 **Ad primum** Queritur † an quis capere poſſit ho
mines et res vigore repreſaliarum
per ſe, an vero per miniſtros? Et videtur quod per ſe. ſicut in
bello per ſe homines, et res capiuntur. Sed certe vt dixi ſupra
octaua queſtione quarta, verba iſtius conceſſionis debent intel
ligi ciuiliter, ⁊ ideo puto quod non poſſit capere homines, nec
a res ſua authoritate [a]. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. et de
regu. iuris. l. non eſt ſingulis. quod tenet Iac. de Bel. in authẽ.
vt non ſi. pigno. in queſtio. quam ibi ponit, quod intellige ſi po-
teſt haberi copia iudicis, qui cõcedat ſuos miniſtros, alias poſ-
ſet capere ſua authoritate, vt l. ait pretor. §. ſi debitorem. ff. que
in frau. credito. ⁊ C. de decu. l. generali. li. x. ⁊ ff. quod vi, aut clam.
l. ſi alius. §. eſt, ⁊ alius. ⁊ quod ibi not. Eſt ergo tutius, vt ceſſent
predicta quod in conceſſione expreſſe ponatur quod ille cui cõ-
ceduntur repreſalie poſſit homines, ⁊ res capere per ſe, ⁊ ſua au
thoritate, ⁊c.

**Ad ſecundum** Queritur, an homines, et res
captas teneatur quis iudici p̃-
2 ſentare, an † vero poſſit in ſuo priuato carcere retinere? Iacob.
de Bel. in q̃one predicta dicit quod debet iudici preſentare, di-
cta l. nõ eſt ſingulis. ⁊ ne fiant illicite exactiones, vt l. illicitas. ff.
de offic. preſi. ⁊ ne inde naſcatur iniuriandi occaſio, ⁊c. vt l. memi
nerint. C. vnde vi. Ergo quando capitur perſona, puto eum ve-
rum dicere vt captus debeat duci iudici. caſus eſt in dicta l. ge-
nerali. C. de decurionib. lib. decimo. ⁊ not. in l. prima. C. vbi de-
curio. vel cohor. ⁊ Inſtit. de actionib. in princip. et in vſib. feud.
de pace iura. fir. capit. j. niſi expreſſe dicatur in cõceſſione quod
3 poſſit in ſuo priuato carcere retinere. Quando vero † capiuntur
res, dico res capiũtur, vt in cãm iudicati, vel vt ex primo vel vt
ſecundo decreto, ſecundum ea que dixi. ſ. quarta queſtio. vlti-
ma, non eſt dubiũ, q res debent remanere penes capientem, vt
l. is cui. §. qui legatorum. ff. vt in poſſ. leg. ⁊ pro hoc nõ eſt neceſ-
ſe plus ire ad iudicem, ſed ſufficit prima conceſſio. Qualiter au-
tem vendantur, vel eſtimentur, vt ſi quis accipiat in ſolutũ, di-
cam ſtatim.

4 **Ad tertium** † Queritur, qualiter res capte vendã
tur, ⁊ eſtimentur, vt ſibi quis accipiat
in ſolutum? Reſpond. venditio non poteſt propria authoritate
fieri, vt dicta l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. Item, eſtima-
tio debet fieri per iudicem, vt l. ij. in fin. C. de iur. do. impe. requi-
ritur ergo in omnibus predictis authoritas iudicis. Et ſemper
intellige, niſi aliud in conceſſione exprimatur, Dico etiam quod
in computatione eius, quod quis recipit, debet fieri detractio
expenſarum factarum in predictis, vt l. ſi. §. in computatione. C.
de iur. delibe. ff. ad l. Falcid. l. quantitas patrimonij.

b **Ad quartum** [b] Queritur, an repreſalie † poſſint
5 exerceri capiẽdo hoĩes, ⁊ res die
feriata etiam in honorẽ Dei? Ad qđ dico q diebus feriatis ob
neceſſitatem hominum poſſunt repreſalie exerceri, ſicut etiam
poteſt fieri executio rei iudicate vt extra de iudi. c. ſi. lex enim ſo-
lum prohibet ne illo tempore quis cogatur venire ad iudicium
ad litigãdum, vt ff. de fer. l. j. ſed in executione iudicati non eſt
litigium, ergo, ⁊c. Si vero querimus de diebus feriatis in hono
rem Dei, tunc eſt dubiũ per l. dies feſtos. C. de fer. Tamen pu
tarem ſic dicendum eſſe quod poſſibile eſt repreſalias concedi
contra homines alicuius terre, ſi hoc ſeruaretur, quod diebus
feriatis non poſſunt capi, nunquã caperentur, ⁊ ſic conceſſio re-
preſaliarum eſſet inutilis quod poſſet contingere, vel propter
longinquitatem, ⁊ diſtãtiam loci, ⁊ ſic homines perraro veniũt
vel propter paucitatem populi ciuitatis, vel terre, contra quam
ſunt conceſſe, ita qđ ſunt cauti, ⁊ nõ venirent niſi diebus feſtiuis
⁊ iſto caſu poſſent exerceri die feriata in honorem Dei, vt ff. de
fer. l. j. ⁊ ij. C. de fer. l. ij. Si vero iſtud periculum non ſubeſt, tunc
tali tempore poſſunt repreſalie exerceri vt d. l. dies feſtos. facit
quod no. per glo. in verſi. fideiuſſionis. in d. l. dies feſtos. in ij. gl.
ibi dum dicit, niſi timeatur de eius receſſu, que videntur proba-
re hanc diſtinctionem, ⁊ hoc erit in eſtimatione iudicis, vul. l. de
pupillo. §. ſi quis riuos. verſi. toties. ff. de ope. no. nũcia. Tutius
6 eſt ergo facere † hoc exprimi in cõceſſione qđ poſſint eas exerce-
re diebus feriatis, ⁊ in honorẽ Dei, quod poteſt fieri quãdo cõ-
ceditur per eum, qui habet poteſtatem condendi legem, vt per
populum, vel dominum. arg. C. de fer. l. prouinciarum. ſed ſi con-
cederentur per alium iudicem non valeret dicta expreſſio, vt ff.
de fer. l. j. argu. C. de fer. l. a nullo. in fin. quatenus fieret ex cauſa

legittm: ſecundum diſtinctionem ſ. dictam ꝛc.

7 **Ad quintum** Queritur, ſi aliquis † vult defendere ſe, ꝛ res ſuas occaſione repreſaliaruz captas, qualis cognitio debeat adhiberi: Ad quod dic, quod ſi quidem poſt capturam eſt facta perfecta executio. vel quia res vendita, vel data in ſolutum, ſecundum ea que dixi ſ. eadem q.ij. tunc adhibetur cognitio ordinaria, nec habet locum officium iudicis in hac cognitione. vt ff. de re iud. l. a diuo Pio. §.ij. ſi poſt addictũ. Si vero perſona, vel res adhuc durat capta, nec eſt facta executio, tunc ille qui vult perſonam, et res defendere, iudicis officium implorabit, per quod fiet ſibi editio omniũ actorũ quorum vigore captus eſt ipſe vel res eius, vt C. de eden. l. is apud quem. vt li. pen. l. ij. ff. de eden. l. l. §. edẽda, ſemper edenda ſunt que facta ſunt in abſentem, vt d. l. is apud quez, ſecundum ſecundam lecturam. Quibus adhibitis poteſt opponere quis vel ex parte cauſe iniuſte, vel ex defectu cõcedentis, vel modi vel ex eorum defectu perſone, vel rei capte que capi non poterat, vt ex predictis patet, ꝛ in hoc etiam adhibebitur ſummaria cognitio, vt ff. de re iud. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. Sed dubitatur an ſuper hoc poterit impetrare cognitionez extra illum locum, ſecundum ea que dixi. ſ. ij. q. Reſpon. ſi quidez vellet hoc impetrare ſup cognitione, que adhibetur officio iudicis nõ poſſet q2 ſm hoc diuideret cõtinẽtiaz cauſe. l. nulli. C. de iudic. hoc enim pertinet ad offm̃ iudicis exequentis. in d. §. ſi ſuper rebus ꝛ ſi ſuper hoc vellet principaliter agere cõpetẽtibus actionibus poſſet, ſecundum ea que dicta fuerunt ſ. ij. q. ij.

ADDITIONES.

a Tho. D. ❡ Sua authoritate. Not. hanc deciſionem. Barto. ꝛ per ipſam conſuluit Pau. de Caſt. in conſi. cccxiiij. inc. ſuper eo quod primo loco. in primo dubio, vbi videas.

b ❡ Ad quartum. Uide Alexan. de Jmo in l. filiuſfa. in add. bar. ff. de dona. in verſic. preterea ſolennitas feriarum. ꝛ in l. j. §. ſed excipiuntur ff. de ferijs. in additione incip. Adde inquantum. ꝛ Bal. in l. milites. C. de teſta. mil. ꝛ facit quod debitor ſuſpect⁹ de fuga, poteſt per iudicem perſonaliter capi, ꝛ incarcerari tempore feriato in honorem Dei, ſecundum gloſſ. fin. in l. fin. verſi. fideiuſſionis. C. de fer. quam Bald. ꝛ alij ibi ſequuntur. et illam pro ſingulari etiam allegat Bal. in c. fin. extra de ferijs. vbi ampliat etiam ſi ferie eſſent ſolenniſſime, vt natiuitatis vel paſche domini cum concor. de quibus per do. Jaſ. in l. ij. ff. de iuriſ. om. iu. i. ꝛ in l. ij. §. fin. ff. eo. ꝛ in l. plerique eo. ff. de in ius voc. et do. Jo. Baptiſt. de ſancto Seue. plene in tract. de debito. fugi. in viij. q. prin. ꝛ Alexan. in l. diuus. ff. de fer. ꝛ glo. illam etiam reputat ſin. Ang de are. in §. j. Inſti. de act. ꝛ vide que no. Bald per illã glo. in l. fin. C. de exhib reis. Et adde ad Jaſ. vbi ſupra. Th.

1 ☞ Exacto pro repreſalijs quomodo ſuccurratur in propria ciuitate contra illum cuius occaſione conceſſe fuerunt repreſalie.

2 Contra officialem negligentem facere iuſtitiam quomodo ſuccurratur pro repreſalijs exacto.

3 Exactus non poteſt capere homines, ꝛ res illius ciuitatis, in qua exactus fuit pro repreſalijs.

4 Titulus, quod quiſqꝫ iuris, non hꝫ locum in executione facti.

**Decima** principalis queſtio eſt de remedijs exacti per repreſalias, circa quod queruntur plura. Primo queritur an exacto ſuccurratur in ciuitate propria contra illum priuatum cuius occaſione ſunt conceſſe. Secundo an exacto ſuccurratur cõtra rectorem qui neglexerit facere iuſtitiam, cuius occaſione fuerunt repreſalie conceſſe. Tertio an talis exactus poſſit ſine alia conceſſione capere homines, ꝛ res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occaſione repreſaliarum, ꝛc.

a 1 **Ad primum** [a] queritur, † an exacto ſuccurratur in ciuitate propria, cõtra illũ priuatuz, cuius occaſione conceſſe ſunt repreſalie. Jac. de Are. tãgit hoc. ff. de verb. oblig. l. ij. §. ſi. ꝛ dt ꝙ huic exacto ſuccurritur cõtra illum. per tex. l. j. ff. de neg. geſt. ꝛ l. licet, §. fin. ff. nau. caup. ſtab. l. ſi vero. § cũ aũt legis. ff. de his qui deie. vel effu. Sed contrariuz videtur determinatum per gl. in verb. quod accepit. in l. ſi quis dolo. §. j. ff. de re iudi. Nã iſte non exigitur ꝑpter delictum illius priuati, ſed propter delictum totius ciuitatis, denegantis facere iuſtitiam, vt in precedentibus dictum eſt, ꝛ ideo ſic dico. Aut repreſalie ſunt conceſſe cõtra ipſum iudicem vel officialem qui non fecit iuſtitiam quod poteſt fieri, vt dixi ſ. vj. q. j. ꝛ ille eſt exactus, aut eſt exactus alius de ꝑp̃lo non officialis. Primo caſu, aut ille officialis non fecit iuſtitiam ſ. faciendo aliquid iniuſtum, aut denegando facere iuſtum. Primo caſu, illi officiali nõ ſuccurritur contra illum principalem debitorem, vt not. in dicta l. ſi quis dolo. §. j. Secundo caſu ſuccurritur ei contra principalem debitorem. tex. eſt not. C. de exact. tribu. l. miſſi opinatores. in ſi. li. x. Secundo quando exactus eſt alius de populo, eſt vera opinio Jaco. de Are. per l. alleg. per eum, propter quod puto, quod ille captus ſoluens poteſt petere quod ſibi cedantur actiones contra illum principalem debitorem. vt l. licet. §. fin. ff. nau. caup. ſtab. ad ſimilitudinem correi fideiuſſoris, et eius qui exactus eſt per hypothecariam, ꝛc.

2 **Ad ſecundum** queritur, † an exacto ſuccurratur contra rectorem qui neglexerit facere iuſtitiam. Ad quod reſpondetur quod ſicut contra principalem debitorem ſuccurritur, vt dixi ſupra proxi. q. ſic contra officiales etiam ſi ipſi ſunt debitores, vt ſ. probatum eſt in precedentibus ſed hoc fiat cum ordine. Primo enim conueniẽdus eſt ipſe principalis debitor, et quo exiſtente non ſoluendo, vel non reperto, peruenitur ad illum qui principaliter iuſtitiam facere neglexit, vt l. j. in princ. ff. de magiſt. conuenien. ꝛ C. de conue. fiſ. debi. l. quoniam Augerio. lib. x. ꝛ ipſo iudice non exiſtente ſoluendo, venitur ad alios officiales, qui requiſiti cum poſſent alios cogere ad faciendum, alijs ſoluere neglexerunt. arg. j. §. nunc tractemus. ff. de tutelis, ꝛ rationibus diſtrahendis.

3 **Ad tertium** queritur, an talis † exactus poſſit ſine alia conceſſione capere homines ꝛ res ciuitatis, in qua captus fuit exactus occaſione repreſaliarum: Et videtur quod ſic. per titu. ff. quod quiſque iuris. Preterea, vt dictum eſt, repreſalie ſunt quoddam bellum, licet eo ipſo quod vna ciuitas, que poteſt bellum indicere contra vnam ciuitatem ꝛ facit illam ſibi hoſtem, eo ipſo illa contra quam indicitur, videtur illam indicentem etiam ſibi hoſtem facere, vt ff. de capti. l. hoſtes ꝛ ſic ab vtraqꝫ parte ſunt captiuitates ꝛ poſtliminia.

4 Contrarium puto verum. † Nam titu. ff. quod quiſque iuris, loquitur in iuris executione, vt ſi ciuitas vna conceſſit repreſalias contra aliam ex cauſa non legitima vel modo non legitimo ex eadem cauſa, vel eodem modo poſſunt concedi cõtra aliam non autem habet locum in executione facti. Nam ſi vna ciuitas aliquid facit de facto, non poteſt priuatus eodem modo facere de facto: tũc enim permittitur vindicta, et vindicatio quod non lic. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. Aquil. Non obſt. qđ dicitur, quod ſtatim ex vtraque parte bellum videtur indictum, quia illud procedit, quando bellum ex vtraque parte indicitur vniuerſaliter, hic autem ex parte indicentis vni perſone tãtum conceditur non autem cuilibet de populo, ꝛ ſic non poteſt intelligi ex aduerſo, quod quilibet de populo poſſit capere, ꝑpter quod populus concedens repreſalias hoc facit ſupplens defectum ſuperioris, vt dictum eſt ſupra in j. queſt. principali. Sicut ergo ſi ſuperior hoc conceſſiſſet, alius non poſſet ſua authoritate capere, ita ex aduerſo, nec hoc caſu, ille ergo, qui eſt exact⁹ ſi paſſus eſt iniuſtitiam, petat a terra ſua repreſalias more legitimo, alias ſua authoritate non poteſt exercere, ꝛc.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ❡ Ad primum Adde Bart. in l. nam ꝛ Seruius. in prin. ff. de neg. geſt. ꝛ vide Alexan. in l. dedi. §. ſi. circa med ff. de cõdi. ob cau. ꝛ in l. ij. §. item ſi ex facto. ff. de ver. obli. ꝛ ibi apoſtil.

❡ Explicit Tractatus Repreſaliarum editus a do. Bar. a Saxofer. leg. doct. Peruſino.

# Tractatus De inſignijs et armis.

1 ☞ Inſignia conceſſa dignitati, vel officio, portat ille qui habet dignitatem illam, vel officium, alij non.

2 Inſignia ſingularis dignitatis, puta Regis nemo defert, nec rebus ſuis depingere facit principaliter, acceſſorie ſic.

3 Habentes ex conceſſione inſignia, ꝛ arma, illi ſoli illis vtuntur. Arma Bar. ꝛ ſucceſſorum ex conceſſione, eſt Leo rubeus cum duabus caudis in campo aureo.

4 Quilibet poteſt ſibi aſſumere arma, ꝛ inſignia illa portare, ꝛ rebus proprijs impingere.

5 Portans arma, vel inſignia vnius, quomodo, et quando poſſit prohiberi ꝛ per quem.

6 Aſſumẽs arma vel inſignia alterius, que portauit ab antiquo ſi ille veriſimiliter non ledatur, nec iniuriatur, licite aſſumit, et portat

7 Faciens ſignum vnius artificis quod facit in gladijs, ꝛ alijs operibus, licite prohibetur ab illo, et etiam a quolibet tertio.

8 Notarius non poteſt aſſumere ſignum alterius, ꝛ ſi aſſumit prohiberi poteſt. Fabricator chartarum poteſt prohiberi vti ſigno alterius fabricatoris.

Habere